

100







DÉMONSTRATIONS  
ÉLÉMENTAIRES  
DE BOTANIQUE.

---

TOME QUATRIÈME.

---



QUESTIONS

REMARKS

DEBATES

---

---

CONSTITUTION

---

---

A-5281

# DÉMONSTRATIONS ÉLÉMENTAIRES DE BOTANIQUE,

*CONTENANT les principes généraux de cette Science, les fondemens des Méthodes, & les élémens de la physique des végétaux;*

LA description des Plantes les plus communes, les plus curieuses, les plus utiles, rangées suivant la Méthode de **TOURNEFORT** & celle de **LINNÉ**;

*LEURS usages & leurs propriétés dans les Arts, l'économie rurale, dans la Médecine humaine & Vétérinaire; ainsi qu'une instruction sur la récolte & la dessication des plantes.*

**QUATRIÈME ÉDITION**, revue avec soin, augmentée de notices raisonnées sur les principaux Auteurs, de la description de près de douze cents especes non comprises dans l'édition précédente, & rédigée pour former un corps complet de Doctrine, embrassant l'histoire de presque toutes les plantes de l'Europe & de celles qui y ont été naturalisées par la culture.

**ON** y a joint les figures de près de 400 plantes alpines, méridionales ou septentrionales dessinées sous la direction de **RICHIER DE BELLEVAL** & sous celle de **LINNÉ**, celles des Graminées les plus communes en Europe, des Mouffes & analogues, accompagnées d'un Commentaire & d'une discussion critique.

---


## TOME QUATRIÈME.

---



A LYON,

Chez BRUYSET AINÉ & C.



M. DCC. XCVL



MH 224  
R. 283

DEMONSTRATIONES  
ELEMENTARES  
DE BOTANICIS

---

..... quas vellent esse in tutelâ suâ  
Divi legerunt Plantas .....  
Nisi utile est quod facimus, stulta est gloria.  
*PHÆD. lib. 3. fab. 17.*

---

TOME QUATRIÈME



A LYON

chez HENRI LAFITE

M. DCC. LXXXV



# METHODI LINNÆANÆ

BOTANICÆ

## DELINEATIO,

EXHIBENS

### CHARACTERES ESSENTIALES GENERUM

necnon Specierum, quæ in Demonstrationibus Elementaribus Botanicis describuntur, seu Plantarum in Galliâ observatarum, aut utilium & curiosarum in hortis introductarum; additis synonymis Turnefortii aliorumque utilioribus, necnon citatione figurarum præstantiorum, cum cujusque speciei statione, tempore florendi, duratione, &c.


### OPUS HERBATIONIBUS ACCOMMODATUM;

*CURANTE JOANNÈ-EMMANUEL GILIBERT, Facult.  
Monsp. Doctore; Collegii Lugd. Profess. aggregato;  
in Academiâ Wilnensi Botanica, Historiæ Naturalis,  
Materiæ Medicæ olim Professore; Acad. Lugd., Monsp.,  
Societatis Regiæ Agriculturæ Lugd. Socio, &c. &c.*

METHODI LINNAEAE

REPERTORIUM

DELINNEATIO



In scientiâ Naturali

Principia veritatis

Observationibus confirmari debent.



OPUS HERBARIORUM ACCOMMODATUM

Quamvis Joannes Linnaeus Germanus, fuit  
Magni Doctoris, etiam Regii Yppoliti, regis  
in Academiâ Helveticâ Professor, etiam Germani,  
Magnae Aulicae Praeceptor, etiam Regii, etiam  
Suecici Regis Aulicæ Praeceptor, etiam Regii



LEGES BOTANICÆ  
LINNÆANÆ,

S E U

FUNDAMENTA INCONCUSSA

QUIBUS

VERA PHILOSOPHIA BOTANICA

STABILITUR.

- 
1. BOTANICA est scientia naturalis quæ Vegetabilium cognitionem tradit.
  2. Essentia Floris consistit in anthera & stigmate, fructus in semine, fructificationis in flore & fructu, Vegetabilium in fructificatione.
  3. Fundamentum Botanicæ duplex est: Dispositio & Denominatio.
  4. Dispositio Plantarum divisiones vel conjunctiones docet; estque vel *primaria*, quæ genera, ordines & classes; vel *secundaria*, quæ species & varietates instituit.


CHARAC-  
TERES.

5. Dispositio Vegetabilium vel *synopticè* vel *systematicè* absolvitur, diciturque vulgò Methodus.
6. *Synopsis* pro arbitrio divisiones bifurcatas, longiores vel breviores, plures vel pauciores tradit, à Botanicis in genere non agnoscenda.
7. *Systema* dispositiones per quinque appropriata membra resolvit: *Classes* scilicet, *Ordines*, *Genera*, *Species*, *Varietates*.
8. *Filum ariadneum* Botanices, est *Systema* sine quo chaos.
9. *Species* tot numeramus, quot diversæ formæ in principio sunt creatæ.
10. *Varietates* tot sunt, quot differentes plantæ, ex ejusdem speciei semine sunt productæ.
11. *Genera* tot dicimus, quot diversæ constructæ fructificationes proferunt plantarum species naturales.
12. *Classis* est plurium generum convenientia in partibus fructificationis, secundum principia Naturæ & Artis.
13. *Ordo* est *Classium* subdivisio, ne plura genera distinguenda simul & semel evadant, quàm animus facile assequatur.
14. Naturæ opus semper est species & genus, culturæ sæpius varietas, Artis & Naturæ classis ac ordo.
15. *Facies* est similitudo quædam Vegetabilium affinium & congenerum, nunc in hac, nunc in alia, nunc in plerisque Vegetabilium partibus magis manifesta.
16. Dispositio Vegetabilium primaria à sola fructificatione desumenda est.
17. Quæcumque plantæ in fructificationis partibus conveniunt, limitatis limitandis, non sunt in primaria distributione distinguendæ.
18. Quæcumque plantæ in fructificationis partibus, observatis observandis, differunt, non sunt combinandæ.
19. A Numero *a*, Figura *b*, Proportionem *c*, & Situ *d* omnium partium fructificationis differentium, omnis nota generum characteristica erui debet.
20. *Facies* occultè consuli potest, ne genus artificiale, levi de causa fingatur.
21. Quæ in uno genere ad genus stabiliendum valent, non idem necessariò præstant in altero.
22. Rarò observatur genus, in quo aliqua pars fructificationis non aberrat.
23. In plerisque generibus nota aliqua fructificationis singularis observatur.
24. Si nota quædam fructificationis singularis vel sui generis propria, in speciebus non omnibus adsit, ne plura genera accumulentur, cavendum.
25. Si nota quædam generis singularis etiam in genere affinis

reperiatur, ne idem genus in plura, quàm natura dicitur, separetur, cavendum.

CHARAC-  
TERES.

26. Quò constantior pars aliqua fructificationis est in pluribus speciebus, eò etiam certiozem exhibet notam genericam.
27. In aliis generibus hæc, in aliis alia pars fructificationis constantior observatur.
28. Si flores conveniunt, fructus autem differunt, cæteris paribus, conjungenda sunt; contrariorum plerumque contraria est ratio.
29. *Figura* floris certior est quàm fructus in plerisque generibus.
30. *Numerus* facilius aberrat quàm *figura*, proportionem numeri tamen optimè explicatur. *Proportio* sæpè ludit. *Situs* constantissimus est.
31. *Receptaculi* floris duplicem firum magni fecit *Turnefortius*.
32. *Petalorum regularitatem* nimiam fecit *Rivinus*.
33. *Necessarium* maximi fecit *Natura*, nihili hæctenus data theoria.
34. *Stamina & Calyx*, luxuriationibus minus obnoxia, petalis longè certiora sunt.
35. *Pericarpium structura*, toties à Systematicis examinata, infinitis exemplis dudum docuit, se minus valere quàm Veteres crediderunt.
36. *Luxuriantes* Flores ut *Monstrosi & Eunuchi*, in genere constituendo attendi non debent.
37. *Multiplicati & pleni* Flores à calyce & infimâ serie petalorum, ut *Proliferi* à prole, ad sui generis naturales reducuntur.
38. *Character* idem est ac definitio generica: qui triplex datur: *Factitius*, *essentialis*, & *naturalis*.
39. *Essentialis* *Character* notam generi, cui applicatur propriissimam & singularem subministrat.
40. *Factitius* *Character* genus ab aliis sui ordinis in methodo facta, tantùm distinguit.
41. *Naturalis* *Character* notas omnes generi possibiles allegat, adeoque *Essentialem & Factitium* includit.
42. *Character* *Factitius* erroneus est; *Essentialis* bonus, sed vix ubique possibilis; *Naturalis* difficilissimus est constructu; constitutus autem basis est omnium Systematum, generum infallibilis custos, omnique Systemati possibili & vero applicabilis.
43. *Naturalis* *Character* ab omni Botanico teneatur oportet.
44. *Character* *Naturalis* omnes fructificationis notas, per singulas suas species convenientes recenset, dissentientes verò sileat.
45. Nullus *Character* infallibilis est, antequam secundum omnes suas species directus.



---

 CHARAC-  
TERES.

46. Situs fructificationis naturalissimus, ni satis etiam differentis est, in Charactere non adhiberi debet.
  47. Character nomen suum genericum in frontispicio gerat.
  48. Unaquæque pars fructificationis in Charactere Naturali novam ordiatur lineam.
  49. Nomen partis fructificantis lineam differentibus litteris inchoabit.
  50. Similitudinis notam, ni dextrâ manu notiozem, Character non assumat.
  51. Notas convenientes terminis compendiosè describat Character.
  52. *Termini* puri eligendi, obscuri & erronei non admittendi sunt.
  53. *Termini* necessariis plures excludendi, pauciores augendi sunt.
  54. Character in omnibus, licet diversis Systematibus, immutabilis fervetur.
  55. Genus unicâ specie constare potest, licet plurimis sæpius componatur.
  56. Quod valet de Charactere generico valet etiam de classico, licet in hoc latius sumantur omnia.
  57. Classis genere magis arbitraria est, utrisque magis ordo.
  58. Classes quò magis naturales, eò, cæteris paribus, etiam meliores sunt.
  59. Classes & Ordines nimis longæ vel plures, difficillimæ sunt.
  60. Ordo, genera inter se magis affinia & similia, proprius collocabit.
  61. Faciei plantarum adeo adhærere, ut ritè assumpta fructificationis principia deponantur, est stultitiam sapientiæ loco quærere.
- 

- NOMINA. 62. Denominatio, alterum Botanices fundamentum, factâ dispositione Nomina primùm imponat.
63. Nomina vera plantis imponere Botanicis genuinis tantum in potestate est.
  64. Nomina omnia sunt in ipsa Vegetabilis enuntiatione vel *mota*, ut classis & ordinis; vel *sonora*, ut genericum, specificum & varians.
  65. Quæcumque plantæ genere conveniunt, eodem nomine generico designandæ sunt.
  66. Quæcumque plantæ genere differunt, diverso nomine generico designandæ sunt.
  67. Nomen genericum in eodem genere *unicum* erit.

68. Nomen genericum in eodem genere *idem* erit.
69. Nomen genericum unum idemque, ad diversa designanda genera assumptum, altero loco excludendum erit.
70. Qui novum genus constituit, eidem nomen etiam imponere tenetur.
71. Nomen genericum immutabile figatur, antequam specificum ullum componatur.
72. Nomina generica *primitiva* nemo sanus introducit.
73. Nomina generica ex *duobus* vocabulis integris ac *distinctis* facta, è Republica Botanica releganda sunt.
74. Nomina generica, ex *duobus latinis* vocabulis integris & *conjunctis* composita, vix toleranda sunt.
75. Nomina generica, ex vocabulo græco & latino, similibusque, *hybrida*, non agnoscenda sunt.
76. Nomina generica ex uno vocabulo plantarum generico *fractò*, altero *integro* composita, Botanicis indigna sunt.
77. Nomen genericum, cui *syllaba* una vel altera *præponitur*, ut aliud planè genus quàm quod antea significet, excludendum est.
78. Nomina generica in *oides* desinentia, è foro Botanico releganda sunt.
79. Nomina generica, ex aliis nominibus genericis, cum *syllaba* quadam in *sine* addita, conflata, non placent.
80. Nomina generica *simili sono* exeuntia, ansam præbent confusioni.
81. Nomina generica, quæ ex *græca* vel *latina* lingua radicem non habent, rejicienda sunt.
82. Nomina generica plantarum cum *Zoologorum* & *Lithologorum* nomenclaturis communia, si à Botanicis postea assumpta, ad ipsos remittenda sunt.
83. Nomina generica cum *Anatomicorum*, *Pathologorum*, *Therapeuticorum* vel *Artificum* nomenclaturis communia, omittenda erunt.
84. Nomina generica *contraria* speciei alicui sui generis, mala sunt.
85. Nomina generica, cum *Classium* aut *Ordinum* naturalium nomenclaturis communia, omittenda sunt.
86. Nomina generica è rebus domesticis similibusque *diminutiva*, minus placent.
87. Nomina generica *Adjectiva* substantivis pejora sunt.
88. Nominibus genericis non abuti decet ad *Sanctorum*, *Hominum* in alia arte *illustrum*, memoriam conservandam, vel favorèm captandum.
89. Nomina generica *Pœtica*, *Deorum* ficta, *Regum* consecrata, & eorum qui *Botanices* studium promoverunt, retineo.

NOMINA.

90. Nomina generica ad *Botanici*, bene meriti, memoriam conservandam, constructa, sancte servo.
91. Nomina generica, quæ citra *noxam* Botanices imposita sunt, cæteris paribus, tolerari debent.
92. Nomina generica, quæ *characterem essentialem*, vel *faciem plantæ* exhibent, optima sunt.
93. Nomina generica *Patrum* Botanices, græca vel latina, si bona sint, retineri debent, ut etiam *usitatissima & officinalia*.
94. Nomen genericum *antiquum* antiquo generi convenit.
95. Nomen genericum dignum, alio licet aptiori, *permutare* non licet.
96. Nomina generica, quando *synonyma* digna in promptu sunt, nova non effingenda.
97. Nomen genericum unius generis, ni supervacaneum, in aliud *transferri* non debet, licet eidem aptius competere.
98. Si genus receptum, secundum jus naturæ & artis, in plura dirimi debet, tum nomen antea *commune* manebit *vulgatissima & officinali* plantæ.
99. Nomina generica græca *latinis litteris* pingenda sunt.
100. *Terminatio & Sonus* nominum genericorum, quantum fieri possit, *facilitentur*.
101. Nomina generica *sesquipedalia*, enuntiatio *difficilia* vel *nauseabunda*, fugienda sunt.
102. *Terminis Artis* loco nominum genericorum abuti *incon-*  
*sultum* est.
103. Nominum *Classium & Ordinum* cum *genericis* par est ratio.
104. Nomina *Classium & Ordinum* è *viribus, modo nascendi, foliis,*  
*similibusque* petita, mala sunt.
105. Nomina *Classium & Ordinum* notam *essentialem & charac-*  
*teristicam* includant.
106. Nomina *Classium & ordinum* à *plantæ* cujusdam nomine  
desumpta, sub quo totam *cohortem* intellexere Veteres,  
in genere *exclusa*, *classibus naturalibus* tantum inferenda  
sunt.
107. Nomina *Classium & Ordinum* *unico* vocabulo constabunt.

DIFFEREN-  
TIE.

108. Perfectè nominata est planta nomine *generico & specifico*  
*instructa*.
109. Nomen *specificum* plantam ab *omnibus* congeneribus *dis-*  
*tinguat*.
110. Nomen *specificum* primo intuitu plantam suam manifestabit,  
cùm *differentiam ipsi plantæ inscriptam* contineat.
111. Nomen *specificum* à partibus plantarum *non variantibus,*  
*desumi* debet.



112. Magnitudo species non distinguit.
113. Notæ collatiæ cum aliis speciebus *diversi generis*, falsæ sunt. DIFFERENTIAE.
114. Notæ collatiæ, cum aliis speciebus *ejusdem generis*, malæ sunt.
115. *Inventoris*, vel alius cujuscumque *nomen*, in differentia non adhibeatur.
116. *Locus natalis* species distinctas non tradit.
117. *Tempus* florendi vegetandique maximè fallax est differentia.
118. *Color* in eadem specie mirè ludit, hinc in differentia nihil valet.
119. *Odor* speciem nunquam clarè distinguit.
120. *Sapor* pro ratione manducantis sæpè variabilis est, hinc in differentia excludatur.
121. *Ufus* differentiam Botanico vanam subministrat.
122. *Sexus* nullibi species diversas constituit unquam.
123. *Monstrofi* flores & plantæ omnes à naturalibus originem trahunt.
124. *Hirsuties* fallax est differentia, cum sæpè culturâ deponatur.
125. *Duratio* sæpè magis ad locum, quàm ad plantam pertinet; in differentia eam adhibere non aridet.
126. *Multitudo* plantæ, loco sæpè mutatur.
127. *Radix* differentiam realem subministrat, ad eam tamen, nisi omnes aliæ interclusæ sint viæ, non confugiendum est.
128. *Trunci* notæ differentias sæpè optimas edunt.
129. *Folia* elegantissimas naturalissimasque differentias exhibent.
130. *Fulcra* communiter optimas differentias relinquunt.
131. *Fructificationis situs* maximè realis est differentia.
132. A partibus fructificationis, ni summa cogat necessitas, nulla exposcenda est differentia (a).
133. *Notæ genericæ*, in differentia usurpatæ, absurdæ sunt.
134. Differentia omnis è numero, figura, proportione, & situ variarum plantarum partium necessariò desumatur.
135. *Ne varietas loco speciei* sumatur, ubique cavendum est.
136. *Nomen genericum* singulis *Species* applicari debet.
137. *Nomen specificum* semper *genericum* sequi oportet.
138. *Nomen specificum sine generico*, est quasi campana sine pistillo.

---

(a) Hanc legem neglexit postea Linnæus, nam in posterioribus editionibus sæpè sæpius desumpsit differentias specificas à variis fructificationis partibus.

## DIFFERENTIAE.

139. Nomen specificum ipsi nomini generico *adglutinatum* non erit.
140. Nomen specificum genuinum est vel *synopticum*, vel *essentiale*.
141. Nomen specificum *synopticum* plantis congeneribus notas *semidichotomas* imponit.
142. Nomen specificum *essentiale* notam differentem singularem, suæque speciei tantummodo propriam, exhibet.
143. Nomen specificum quò *brevius* est, eò etiam meliùs, si modò tale.
144. Nomen specificum *nulla* admittat *vocabula*, nisi quibus à congeneribus necessariò distinguitur.
145. Nomen specificum *nullum*, speciei in suo genere solitariæ imponi potest.
146. Nomen specificum imponat, *qui novam adinvenerit* speciem, si modò necesse sit tale.
147. Nominis specificici *vocabula* non erunt *composita*, nominibus genericis *similia*, nec *græca*, sed tantum *latina*: nam quò *simpliciora*, eò etiam *meliora*.
148. Nomen specificum non erit *tropis* rhetoricis figuratum, multò minus *erroneum*, sed *fideliter*, quæ natura dicitur, exponat.
149. Nomen specificum nec *comparativum*, nec *superlativum* fit.
150. Nomen specificum *terminis* positivis, non verò negativis, utatur.
151. *Similitudo* omnis, in omne specifico usurpata, dextrâ manu notior erit, licet & hæc minus placeat.
152. Nomen specificum, nullum *adjectivum sine* opposito *substantivo* adhibeat.
153. Omne *adjectivum* in nomine specifico *sequi debet* substantivum suum.
154. *Adjectiva* in nomine specifico usurpata, è *terminis* artis selectis, si modò sufficientibus, petenda sunt.
155. *Particulas*, *adjectiva* substantivave conjungentes, nomen specificum excludat.
156. Notæ distinctivæ partes plantarum, non verò *adjectiva*, in nomine specifico distinguant.
157. *Parenthesin*, Nomen specificum nunquam admittat.

## VARIETATES.

158. Nomini generico & specifico etiam *varians*, si quod tale, addi potest.
159. Nomina generica, specifica & *variantia litteris diversæ magnitudinis* scribenda sunt.
160. *Sexus* *varietates naturales* constituit, reliquæ omnes *varietates monstræ* sunt.

161. Varietates monstrosas constituunt flores *multiplicati*, *pleni*, *proliferi*, plantæ *luxuriantes*, *fasciata*, *mutilata*, in numero, figura, proportione & situ partium omnium, necnon sæpè *color*, *odor*, *sapor*, & *tempus*.
162. Casuales monstrositates & varietates, si levissimæ vixque notabiles sunt, eas non curat Botanicus.
163. Luxuriationes foliorum in *foliis oppositis* & *digitatis* facillimè adfunt.
164. *Morbosas* plantas, vel etiam *ætates* in Nominibus varietatum assumere, sæpiùs superfluum est.
165. *Color* corollæ, in cæruleis purpureisque petalis, facillimè variat.
166. *Locus aquosus* folia inferiora, *montosus* autem superiora sæpiùs findit.
167. Planta naturalis, nomine varietatibus opposito, notari non debet.
168. *Cultura* tot varietatum mater, optima quoque varietatum examinatrix est.
169. *Varietates* diversas *sub* sua specie colligere, non minoris est, quàm species sub suo genere collocare.

VARIETATES.

170. *Synonyma sunt* diversa Phytologorum nomina, eidem *SYNONYMA* plantæ imposita, eaque generica, specifica & variantia.
171. In *Synonymis* nomen optimum *agmen ducat*, quale sit selectum aliquod, vel ipsius Auctoris nomen.
172. *Synonyma eadem* conjungantur.
173. *Synonyma* singula *novam* ordiantur *lineam*.
174. In *Synonymis* *Auctor* & *Pagina*, ubique ad finem indicanda sunt.
175. In completa *Synonymorum* cohorte, *Inventorem* notulâ sive asterisco notare placet.
176. Nomina cujuscumque Regionis vel loci *vernacula*, in *Synonymorum* cohorte, superflua sunt.

177. *Adumbrationes* quæcumque de plantis, alicujus momenti, *ADUMBRATIONES* tradita sunt, contineant; ut *nomina*, *etymologias*, *classes* cum *ordinibus* omnium systematum realium, *characteres*, *differentias*, *varietates*, *synonyma*, *descriptiones*, *icones*, *loca*, *tempora*.
178. *Descriptio* per *omnium partium* externarum plantæ veram explicationem, fructificatione minime neglectâ instituitur.
179. *Descriptio* compendiosissimè, tamen perfectè, terminis tantum artis, si sufficientes, partes depingat, secundum *nummerum*, *figuram*, *proportionem* & *situm*.

ADUMBRA-  
TIONES.

180. Descriptio ordinem nascendi sequatur.  
 181. Descriptio distinctas partes plantarum in *distinctis paragraphis* tradat.  
 182. Descriptio longior vel brevior, utraque mala est.  
 183. *Mensura* magnitudinis, à manu desumpta, in plantis convenientissima est.  
 184. Icones *magnitudine & sita* naturali depingi debent.  
 185. Icones opimæ omnes plantæ partes, licet minimas etiam fructificationis, exhibeant.  
 186. *Loca* plantarum natalia, latè sumpta, triplicia sunt: *Communia* scilicet, *Alpina* & *Marina* quorum species variæ.  
 187. *Tempus* vegetandi, florendi, fructumque ferendi, nunquam sine *loco & gradu elevationis* indicandum est.

## VIRES.

188. *Vires* plantarum à *fructificatione* desumat Botanicus, quâ talis, cum sapore, odore, interdum colore & loco limitatas.  
 189. Quæcumque plantæ *genere* conveniunt, etiam *virtute* conveniunt; quæ Ordine naturali continentur, etiam virtute propius accedunt; quæque Classe naturali congruunt, etiam viribus quodam modo congruunt.  
 190. GRAMINUM folia jumentis læta pascua, femina minora avibus, majora hominibus esculenta sunt.  
 191. STELLATÆ Raji diureticiæ dicuntur.  
 192. ASPERIFOLLÆ Raji adstringentes & vulnerariæ sunt.  
 193. PENTANDRIA *monogyna baccifera monopetala* communiter venenata est.  
 194. UMBELLATÆ in *siccis locis* aromaticæ, calefacientes, resolventes & carminativæ; in humidis autem venenatæ sunt; radice & feminibus pollent.  
 195. HEXANDRIÆ radices secundum saporem & odorem, edules vel noxiæ sunt.  
 196. Plantæ quarum flores *antheris bicornibus* gaudent, adstringunt; si bacciferæ, acidæ & esculentæ sunt.  
 197. ICOSANDRIÆ fructus pulposus esculentus est.  
 198. FOLYANDRIA plerumque venenata est.  
 199. DIDYNAMIA *Gymnosperma* odorata, cephalica, & resolvens est: folia virtute pollent.  
 200. TETRADINAMIA antiscorbutica, aquosa & acris est; quæ virtus exsiccatione imminuitur.  
 201. MONADELPHIA *Polyandria* mucilaginosæ & emolliens est.  
 202. DIADELPHIÆ folia jumentis, femina animalibus esculenta, stantia ac farinacea sunt.

203. SYNGENESIA varie & specie medicamentosa putatur; communiter amara est.
204. GYNANDRIA *Diandria* aphrodisiaca dicitur.
205. AMENTACEÆ *acifolia* resinifera sunt.
206. CRYPTOGAMIA vegetabilia sæpius suspecta continet.
207. Plantæ quarum flores *nectariis* à petalis separatis gaudent, communiter venenatæ sunt.
208. LACTESCENTES communiter venenatæ sunt, minus tamen *semifiosculosæ* Turnefortii.
209. Plantæ in *siccis* sapidiore, in *humidiusculis* insipidæ magis, in *aqueosis* sæpius corrosivæ sunt.
210. *Sapidæ* & odoratæ insipidas & inodoras viribus superant; demptis enim his, castratur etiam virtus.
211. *Sapidæ* & *suaveolentes* bonæ sunt, *graveolentes* autem malæ, *nauseosæ* verò purgantes, vomitoria vel venenatæ sunt.
212. *Dulces* nutriunt, *pingues* emolliunt magis, *salsæ* stimulant & calefaciunt magis.
213. *Aeres* corrosivæ sunt, si verò per exsiccationem sapore privantur, edules sæpè evadunt.
214. *Amara* alcalinæ sunt, stomachicæ, antivenenæ & sæpius suspectæ.
215. *Acidæ* calorem & sitim restinguunt. *Austeræ* adstringunt.
216. Flores & fructus *rubri* acidum communiter occultant.
217. *Color floris luridus* & *aspectus totius plantæ tristis*, suspectas reddit plantas.

VIRES.



---

*Nota ad B. L.*

**L**ICÈT LINNÆUS in *Horto Cliffortiano*, *Philosophia Botanica*, *Fundamentis Botanicis*, & in Libello, cui tit. est: *Termini Botanici explicati*, quoad maximam partem terminos botanicos exposuerit, maximè tamen sparsi sunt; hinc inde colligendi, ac ordine alphabetico non exhibiti; propterea cl. Leers haud parvam apud Tirones gratiam obrinebit, qui hosce collectos & ordine alphabetico dispositos, in horum usum exhibuit.

---



NOMENCLATOR  
LINNÆANUS,

SEU

EXPLICATIO TERMINORUM  
TECHNICORUM

*In delineatione systematis Plantarum occurrentium;  
ordine alphabetico exhibita.*

---

A

1. **A**BREVIATUM Perianthium ( 572 ), longitudinem Tubi ( 857 ) Corollæ ( 193 ) non attingens.
2. *Abortiens* Pericarpium ( 573 ), quod ante maturitatem decidit.
3. *Abrupte pinnatum*, Pinnatum ( 593 ) terminatum neque Cirrho ( 142 ) neque Foliolo ( 323 ). id. ac *Pinnatum sine impari* ( 595 ).
4. *Acaulis* Planta, Caule carens. *Cardus acaulis*.
5. *Acerosa* Folia; *Linearia* ( 468 ), *Subulata* ( 807 ), persistentia ( 577 ), plerumque basi, articulatione, ramo inserta, *Pinus juniperus*.
6. *Acinaciforme* Folium, *Compressum* ( 166 ), *Carnosum*; ( 122 ) altero margine convexo angusto, altero rectiore, crassiore.
7. *Acinaciforme* Pericarpium ( 573 ), cum fructus instar culltelli compressus, altero angulo longitudinali obruso, altero rectiore, crassiore.
8. *Acorylidones* Vegetabilia, ubi nulli omnino extant: *Cory-*

- ledones (199) sub feminis Germinatione (352). *Cryp-  
togamia.*
9. *Aculeatum* Folium, cum Aculei pungentes rigidi occupant Discum (257).
  10. *Aculeatus* Caulis (132), Aculeis (11) Sparfis, f. confer-  
tis armatus. *Rosa*, *Berberis*, *Rubus*.
  11. *Aculeus* Mucro pungens Plantæ (600) Cortici tantum ad-  
fixus. (non Ligno.) 730, 657, 404, 668, 354.
  12. *Acutum* Folium, quod terminatur Angulo acuto (\*)
  13. *Adnatum* Folium, Pagina (534) superiore basi rami ad-  
nexum.
  14. *Ascendens* Caulis, Fol. Pedunc. Coroll. 4. arcuatim sursum  
versus.
  15. *Adversum* Folium, cum Pagina (534) superior non cœlum  
sed horizontem spectat.
  16. *Æqualia* Filamenta (303) eandem servantia longitudinem.
  17. *Æqualis*, Corolla (193) ubi partes figurâ, magnitudine  
& proportione æquales sunt.
  18. *Æstivatio*, Corollæ (193) complicatio ante explicationem  
Floris.  
a. Convoluta (186). b. conduplicata (171). c. Im-  
bricata (391). d. Valvata. e. Inæquivalvis.
  19. *Aggregatus* Flos. Compositus (162) Receptaculo (661) di-  
latato, flosculis subpedunculatis. *Jasione*.
  20. *Ala*, membrana adfixa femini (712) (24).
  21. *Ala*, denotat Angulum, quem cum caule facit Petiolus  
(585) & vicissim (72).
  22. *Alæ*, (Caulis, ) membranæ foliaceæ, quæ secundum  
Caulium longitudinem decurrunt (25).
  23. *Alæ*, Corollæ Papillonaceæ (545) Petala duo quæ Carinæ  
(125) lateribus utrinque adstant solitariæ.
  24. *Alatum* Semen (712) lateribus membrana auctum, qua  
volitante disseminatur. *Acer*, *Fraxinus*, *Ulmus*.
  25. *Alatus* Caulis, qui secundum longitudinem est foliatus.  
(22) *Scrophularia*, V. *Thapsus*.
  26. *Alatus* Petiolus (585) latere utrinque membrana auctus,  
*Citrus*, *Aurant*.
  27. *Alternata* Folia, cum unum post alterum, tanquam per gra-  
dus circa Ramum exoritur.
  28. *Alternatim* pinnatum Folium. Pinnatum (593) Foliolis al-  
ternis minoribus.

(\*) Si super lineam ductam perpendiculum erigo, anguli qui inde utrinque oriuntur, *recti* dicuntur. Anguli rectis majores aut minores sunt *obliqui*. Et majores quidem rectis appellantur *obtusi* & minores *versû*, *acuti*, *Geomet.*



29. *Amentum* Calycis ( 113 ) species, à receptaculo communi ( 152 ) filiformi, squamis paleaceo-gemmaceis distinctum.
30. *Amplexicaule* Folium, si basis folii utrinque ambiat latera caulis transversim ( 713 ).
31. *Anceps* Caulis, angulis duobus oppositis acutiusculus.
32. *Androgyna* Planta ( 484 ).
33. *Angyoſpermus* Fructus. Semina Pericarpio ( 573 ) tecta.
34. *Angulatum* Folium. Angulis ( 36 ) pluribus prominentibus ( 834 ) ( 634 ).
35. *Angulatus* Caulis, pluribus quàm duobus angulis cavis longitudinaliter exaratus. Unde obrufangulus, acutangulus ( 12 in not. )
36. *Anguli* foliorum sunt partes prominentes folii horizontalis.
37. *Annulus* ( Fungi ) membrana s. pars Volvæ ( 907 ) stipitem ( 778 supra medium cingens.
38. *Annulus* ( Musci ) dicitur Antheræ ( 41 ) margo exterior oræ elasticus, orificium coarctans in quibusdam Muscis, estque nudus, s. ciliatus.
39. *Annua* Radix ( 648 ), intra annum emoritura.
40. *Anomala* Corolla ( 430 ).
41. *Anthera*, plantarum genitale masculinum ( 475 ), Pollen ( 607 ) ( veram genituram ) ducens, quod matura demittit ( 264 ) ( 179 ).
42. *Anthera* ( Muscorum ) Capitulum s. pars pericarpiformis, glabra, membranacea, sessilis ( *Phascum* ), vel pedunculo ( 565 ) instructa ( *Hypna* ) : constat calyptrâ ( 112 ), operculo ( 523 ), ciliis, polline, & rariùs apophysi ( 47 ); differt figurâ, ovata, conica, &c. subulata in *Anthocerote*, multifida ( *Marchantia* ), quadrifida ( *Jungermania* ).
43. *Anthesis* in florescentia ( 313 ) peragitur, dum Antheræ ( 41 ) ruptæ spargunt suum pollen ( 607 ) vesiculare supra stigma ( 775 ). Nuptiæ plantarum.
44. *Apetalus* Flos. Petalis ( 581 ) carens, non Perianthio ( 572 ).
45. *Apex* Folii simplicis ( 734 ) respicit extremitatem in quam definit.
46. *Aphyllus* Caulis, foliis destitutus.
47. *Apophysis* ( in Muscis ) Pars inferior antheræ ( 41 ), cartilaginea, incrassata, quâ pedunculo ( 565 ) adfigitur. *Polytrichum*.
48. *Appendiculatus* Petiolus ( 585 ) ramentis foliaceis ad basin instructus.

49. *Appressum* Folium, cùm Discus (257) folii approximatur Cauli.
50. *Approximata* Folia, ad se invicem proximè accedentia.
51. *Approximata* Volva (907) fungi Pileum (586) accedens.
52. *Arboreus* Caulis, Perennis, Caudice (127) simplici gemmifero.
53. *Arillus*, Tunica propria exterior seminis sponte secedens, estque Cartilagineus (*Cynoglossum*) vel succulentus (*Evo-nymus*).
54. *Arista*, Mucro subulatus Glumæ (364), insidens graminibus, estque *Recta* (664), *Tortilis* (831), &c.
55. *Arma*, Mucrones arcentes animalia, ne lædant Plantam.  
a. Aculei (11). b. Furcæ (341). c. Spinæ (761).  
d. Stimuli (776).
56. *Articulata* Radix (648) geniculis (394) intercepta.
57. *Articulata* Siliqua (729) geniculis coarctatis intercepta. *Raphanus*.
58. *Articulata* Spica (759) Internodiis (419) geniculata. *Carex pulicaris*.
59. *Articulatè* dehiscens Pericarpium (573) secundùm articulos monospermos transversim. *Raphanus Raphanistrum*.
60. *Articulatè* pinnatum Folium, Petiolo communi (88) articulato.
61. *Articulatum* Folium, cùm unum ex alterius apice excrescit.
62. *Articulatus* Bulbus (106) constans lamellis catenulatis. *Adoxa*.
63. *Articulatus* Caulis, s. Culmus (205) internodiis (419) geniculatus.
64. *Articulatus* Pedunculus (564) geniculo (349) plerumque unico instructus. *Rumex*.
65. *Articulus*, Culmi (205) pars geniculis duobus interjecta. Internodium (419).
66. *Asperum* Folium, idem ac scabrum (702).
67. *Affurgens*, Caulis, Folium, arcuatim erectum, primum declinatum (215, 216) deinde apice erectum.
68. *Attenuatus* Pedunculus (564) versùs apicem sensim crassitiem perdens.
69. *Auctum* Perianthium (111).
70. *Auriculata* Folia, lobo laterali minore prope Basim aucta. *Jungermannia*.
71. *Avenia* Folia, Venis destituta. Opposita Venosis (888).
72. *Axilla*, *Axillaris*, est denominatio quæ spatium comprehendit inter Caulem, Ramum & Folium. Ala (21).

73. *Axillare* Folium (sub-alarè) quod ad rami exitum inferitur.  
 74. *Axillaris* Pedunculus, ex ala (21) scilicet inter folium & ramum, &c. ortus. *Dulcamara*.

## B

75. *Bacca*, Pericarpium (573) factum, evalve, non dehiscens, semina nuda nidulantia (499) continens, estque monodi-tri, tetra-penta-poly sperma.  
 76. *Barba* Corollæ ringentis (693) Labium (433) inferius.  
 77. *Barba* Species Pubis (628) Pili (591) paralleli unde.  
 78. *Barbatum* Folium, pilis parallelis oblitum.  
 79. *Bicapsulare* Pericarpium (573) tri-multi-capsulare, a numero Capsularum. *Ajclepias*, *Aconitum*, *Aquilegia*.  
 80. *Bicornes*, dicuntur Plantæ, quarum Corollæ antheris cornutis instructæ sunt. *Erica*, *Vaccinium*.  
 81. *Biennis* Radix, altero anno florens, & deinde emoritura. *Cynoglossum*.  
 82. *Bifaria* Folia, ad latera rami opposita, tantum enata.  
 83. *Bifidum* Folium, tri-quinque-Multifidum Folium à numero Fissurarum. Species Fissi. (306).  
 84. *Biflora* Gluma (364) duos tantum Flores amplectens. *Aira*.  
 85. *Bigeminum* Folium, cum Petiolus dichotomus (238) apicibus adnectit foliola (323) quatuor.  
 86. *Bijugum* Folium *trijuga*, *quadrijuga*, *quinquejuga*, *sejuga*, &c. Pinnatum (593) foliolis (323) tantum quatuor, sex, octo, decem, duodecim, &c.  
 87. *Bilobum*, *trilobum*, &c. Folium, à numero lorum. Lobati (462) Species.  
 88. *Bilocularis* *tri-quadri-quinque-decem* locularis Capsula (119) à numero Loculamentorum (463).  
 89. *Bina* Folia prout terna, quaterna, &c. species *Verticillatorum* (895).  
 90. *Binatum* Folium, *ternatum*, *quinatum*, est digitatum (247) foliolis tantum duobus, tribus, quinis.  
 91. *Bipartitum* *tri-quinque*, *multipartitum* Folium, à numero Laciniarum (438), Partiti (557) species.  
 92. *Bipinnatum* Folium, f. *Duplicato* pinnatum, cum Petiolus (585) lateribus adfigit foliola pinnata (593).  
 93. *Biternacum* Folium, f. *Duplicato* ternatum, cum Petiolus (585) adfigit tria foliola ternata (822).  
 94. *Bivalvis* Capsula, *tri-quadri*, *quinque-sex*, &c. valvis à numero Valvarum (885) in quas dehiscit.  
 95. *Bivalvis* Gluma (364) duabus constans squamis.

96. *Brachiæ*, arborum rami crassiores.  
 97. *Brachiatus* Caulis, ramos decussatim (224) oppositos habet.  
 98. *Brachium*, *Brachialis*, Mensura, ab axilla ad apicem digiti intermedii. *Pedes duo*.  
 99. *Bractea*, Folium florale (311) colore & figurâ à ceteris foliis recedens. *Tilia*, *Fumaria*, *bulbosa*.  
 100. *Bracteatus* Pedunculus, Bracteis (99) instructus.  
 101. *Brevis* Petiolus, longitudinem folii non attingens.  
 102. *Brevissima* Filamenta (303) corollâ breviora.  
 103. *Brevissimus* Petiolus (885), folio multoties brevior.  
 104. *Bulbiferus* Caulis, bulbos (106) gerens in axillis (72) foliorum.  
 105. *Bulbosa* Radix, bulbo (106) instructa.  
 106. *Bulbus*, Hybernaculum (387) Plantæ (600) ex rudimentis foliorum præteritorum.  
 107. *Bullatum* Folium, ex rugoso (698) fit, rugis contractis, ab altera parte concavis.

## C

108. *Caduca* Corolla, Perianthium, ad explicationem Corollæ mox decidens. *Thalictrum*, *Actæa*, *Chelidonium*, *Papaver*.  
 109. *Caducum* Folium, brevi decidens, nec per integram ætatem permanens.  
 110. *Calcar*, Nectarium (496) ex corolla pone in conum extensa. *Antirrhin*, *Linæa*, *Orchides* unde *calcarata* Corolla.  
 111. *Calyculatum* Perianthium, f. auctum, quasi alio minore Calyce exteriùs ad basin cinctum. *Crepis*, *Dianthus*.  
 112. *Calyptra* Calyx (113) Musci Cucullatus, antherâ (41) superimpositus (665) (513) (900).  
 113. *Calyx*, Cortex Plantæ in fructificatione (331) præfens. Species septem numerantur. I. *Perianthium* (592). II. *Involuerum* (427). III. *Gluma* (364). IV. *Amentum* (29). V. *Spatha* (756). VI. *Calyptra* (112). VII. *Volva* (907).  
 114. *Campanulata* Corolla, ventricosa (890) absque tubo (857), limbo (456) dilatato. *Campanula*.  
 115. *Canaliculatum* Folium, supra, longitudinaliter sulco profundo excavatum.  
 116. *Capillaris* Pappus (548) radiis seu pilis indivisis. *Crepis*.  
 117. *Capillus*, mensura est diameter crinis. *Linneæ pars duodecima*.  
 118. *Capitulum* constat floribus pluribus in globum ferme congestis (249) (361) (804) (593) (424) (295).

119. *Capsula*, Pericarpium (573) membranaceum, cavum, determinatè valvis (884) dehiscens. Constat *Valvis* (884), *Locamentis* (463), *Dissepimento* (259), *Seminibus* (512), *Proprio Receptaculo* (626) & *Columella* (149).
120. *Carina* Corollæ papilionaceæ (545) constat duobus petalis coadunatis, excipit & includit stamina (771) pistillaque (598).
121. *Carinatum* Folium, si pars prona s. inferior disci (257) prominat longitudinaliter, unde *Carina acuta*, *obtusata*, *ciliata*, in foliolis calycis, & valvis (95) glumæ (364).
122. *Carnosum* Folium, internè pulpâ solidiusculâ succulentâ repletum. *Sedum*.
123. *Cartilagineum* Folium, cujus margo cartilagine à substantia folii diversissima firmatur.
124. *Castrata* Stamina (771) Antheris (41) destituta. *Geranium*, *Hébraldia*.
125. *Cauda* Filum nudum (*Geum urban.*) s. plumosum (*Clematis vitalba*) Semen terminans, unde:
126. *Caudata* Semina dicuntur.
127. *Caudex* dicitur arborum Truncus (850), estque ascendens, s. descendens (*Radix*).
128. *Caulifera* Planta, caule instructâ. Opposita acaulis (4).
129. *Caulinum* Folium, cauli (132) non ramo insertum.
130. *Caulinus* Bulbus (130) cauli insidens. Axillis, *Dentaria*, *Lilium*, apice *Allium*.
131. *Caulinus* Pedunculus, è caule, non ex ramo ortus.
132. *Caulis*, Truncus (850) proprius herbæ (375) elevat folia, fructificationemque (331).
133. *Cernuus* Pedunculus, cum apice incurvatur (402), ut Flos versùs latus vel terram nutet. *Bidens cernua*.
134. *Cespitosa* Planta, cum multi caules ex eadem radice simul prodent.
135. *Ciliatum* Folium, cujus margo (473) setis parallelis longitudinaliter obvallatur. Basi ciliata folia. *Thymus*, *Serpillum*.
136. *Circinata* Folia, *Vernatio*, s. *Spiralia*, quum folia deorsum spiritaliter involvuntur. *Filices*.
137. *Circumscissa* Capsula (119), quæ maturo fructu horizontaliter discedit. *Anagallis*, *Lysimachia*, *Plantago*.
138. *Circumscriptio* Folii, considerat peripheriam fol. simplicis, absque sinibus (745) & angulis (36): idem ac figura (805) (533) (527) (529) (516) &c.
139. *Circumspiciens* Somnus (752), cum folia (alias horizontaliter posita) noctu eriguntur in formam infundibuli (412).

140. *Cirrhosum* Folium, quod terminatur cirrho, ( 142 ).
141. *Cirrhosum pinnatum* Folium, est pinnatum ( 693 ), terminatum cirrho ( 142 ).
142. *Cirrhus*, est vinculum filiforme, spirale, quo planta alio corpori alligatur.
143. *Clavatus* pedunculus, clavæformis, s. versùs apicem sensim incrassatus ( 400 ).
144. *Coadunata* folia, quæ invicem annectuntur, ut plura inter se basi concrecant.
145. *Coalitæ* Antheræ ( 41 ) idem ac connatæ ( 179 ).
146. *Coarctata* Panicula ( 543 ), s. *contracta*, cum pedicelli ( 561 ) culmo approximantur.
147. *Coarctati* Rami ( 650 ), versùs summitatem fere incurvantes.
148. *Colorata* Folia, & omnes partes plantæ (exceptâ corollâ) dicuntur, quæ alium colorem quàm viridem induunt.
149. *Columella*, capsulæ ( 119 ) pars, connectens parietes ( 259 ) internos cum feminibus.
150. *Coma* constat bracteis ( 99 ) quæ Caulem terminant magnitudine insignes. *Friillaria Corona Imperialis*.
151. *Commun* Perianthium ( 572 ) plures flores congregatos continens cingensque.
152. *Commune* Receptaculum ( 661 ) plures flores eorumque fructus connectens.
153. *Communis* Gemma ( 344 ) flores & folia includens.
154. *Communis* { Pedunculus, pluribus floribus communis.  
Petiolus plura quàm unum adnectens folia.
155. *Compactum* Folium, substantiâ solidâ constans.
156. *Composita* Corolla, pluribus constans flosculis intra commune perianthium ( 151 ) supra receptaculum commune ( 152 ).
157. *Composita* Fructificatio ( 331 ), pluribus flosculis confluentibus.
158. *Composita* Spica ( 759 ), pluribus spicillis ( 760 ) pedunculo insidentibus.
159. *Composita* Umbella ( 862 ), omnibus pedunculis apice umbellulas ( 863 ) gerentibus.
160. *Compositum* Folium, petiolo ( 154 ) plura quàm unum proferente folia, secundùm gradus ( 367 ) compositionis.  
a. *Composita* ( 61, 180, 247, 90, 560, 593, 86 ).  
b. *Decomposita* ( 218 ).  
c. *Supradecomposita* ( 814 ).
161. *Compositus* Caulis, in ramulos subdivisus, deliquescentes ascendendo.
162. *Compositus* Flos ( 156 ), receptaculo ( 152 ), dilatato, integro,

- flosculis sessilibus, antheris connatis. *Syngenesia*. Estque 1. *Ligulatus* (455). 2. *Tubulosus* (855). 3. *Radiatus* (638).  
 163. *Compositus Pappus* (548) radiis, s. pilis ramosis (659) (605) instructus.  
 164. *Compositus Racemus* (635), ramosus s. divisus in plures.  
 165. *Compressa Siliqua* (729) lateribus oppositis proximè ad se invicem accedentibus.  
 166. *Compressum Folium*, est pulposum (630) lateribus magis quam disco (257) complanatis.  
 167. *Compressus Caulis*, duobus lateribus oppositis ferè planis.  
 168. *Concavum Folium*, margine disco (257) arciore, ut deprimitur discus.  
 169. *Conceptaculum*, folliculus (326).  
 170. *Conduplicans somnus* (752) quando foliola sibi invicem ut libri folia approximantur, superiorem paginam tegentia.  
 171. *Conduplicata*. a. Vernatio (891). b. Folia, cum folii latera parallela (\*) sibi invicem approximantur. *Quercus*, *Corylus*, *Carpinus*, *Fagus*, &c.  
 172. *Conserta Folia*, cum ita copiosa, ut ramos occupent totos, vix relicto spatio.  
 173. *Consertus Verticillus* (897), pedunculis approximatis.  
 174. *Confluentia Folia*, ad basin inter se coherentia.  
 175. *Conglomerati Flores*, s. pedunculi, cum pedunculus ramosus flores ferat brevissimis pedicellis, absque ordine ac è congestos & compactos. *Dactyl. glomer.*  
 176. *Conicum Receptaculum* (661), teres (816) versus apicem attenuatum.  
 177. *Connata Filamenta* (303) in unum corpus coalita. *Mona-delphia*.  
 178. *Connata Folia*, si opposita (524) paria basi utrinque inter se coadunantur.  
 179. *Connatae Antheræ* (41), in unum corpus concretæ. *Syngenesia*.  
 180. *Conjugatum Folium*, pinnatum (593) foliolis binis lateralibus, nec pluribus.  
 181. *Connivens Corolla*, cujus limbi (456) lobi apicibus convergunt.  
 182. *Connivens Somnus* (752) quando duo folia opposita, paginâ (524) superiore tam arcè ad se mutuò applicantur, quasi unicum esset folium.  
 183. *Contorsio*. v. *Torsio* (830).

(\*) *Lineæ parallelae sunt rectæ, æquali ubique spatio sejunctæ, Geometr.*

184. *Contortum* Pericarpium (573), cùm spirallyter contorquetur.  
*Medicago, Spirea, Ulmaria.*
185. *Convexum* Folium, margine disco (257) arctiore instructum, ut elevetur discus.
186. *Convoluta* Folia, vernatio (891), cùm unius lateris margo ambit alterum ejusdem folii marginem instar cuculli (204).
187. *Convolutus* Cirrhus (142) in annulos contortus.
188. *Coreculum*, novæ plantæ primordium intra semē, constat plumulâ (606) & rostellò (695).
189. *Cordato-oblongum* Folium, oblongum (516) angulis posticis obtusissimis, basi excavatum.
190. *Cordato-lanceolatum*, lanceolatum (447) angulis posticis obtusis, basi excavatum.
191. *Cordato-sagittatum*, sagittatum (700) marginibus versùs angulos convexis.
192. *Cordatum* Folium, ovatum (533) basi sinu (745) excavatum, angulis posticis defixum.
193. *Corolla*, Liber (alburnum) plantæ (600) in flore (316) præsens; estque monopetala (485) tubo (857) & limbo (456), vel polypetala (611) ungue (868) & laminâ (433) constans.
194. *Corollula* est compositi floris (192) Corolla partialis.
195. *Corona*, *Coronula* feminis, caliculus supra adhærens, quo volitat. *Scabiosa, Dipfacus.*
196. *Coronata* Semina, quæ, 1. Pappum (548), *Hieracium, Crepis, Picis*: vel 2. Perianthium parvum (195), *Scabiosa*: vel 3. Setas hispidas, *Bidens*, supra adfixa habent.
197. *Corticalis* Gemma (344) è corticis ramentis confecta.
198. *Corymbus* fit ex spica (759), dum singuli flores pedunculis propriis instruuntur, situ elevato proportionali. *Tetradynamia.*
199. *Cotyledon*, corpus laterale feminis (712) bibulum, caducum, unde *Acotyledones* (8), *Monocotyledones* (482), & *Dicotyledones* (241).
200. *Crenatum* Folium, margine incisuris sine respectu extremitatis secto, unde *acutè-obtusè-crenatum duplicatè-crenatum*, crenis iterum crenatis.
201. *Crispum* Folium, margine luxuriante, ut discus (257) evadat major suâ rachi (637 b.). Omnia folia crispa sunt monstruosa. *Malva crispa, Lepidium nasturtium.*
202. *Cruciformis* f. *Cruciata* Corolla, petalis (581) quatuor æqualibus patens. *Tetradynamia.*
203. *Cubitus*, *Cubitalis*, mensura à flexura cubiti ad extrimum apicem digiti intermedi, *Unciæ septemdecim.*



204. *Cucullatum* Folium, lateribus ad basin conniventibus, apice vero dilatatis.
205. *Culmus*, Truncus (850) graminibus proprius, elevat folia fructificationemque, plerumque geniculatus (348) articulis inanibus. Europæi annui (39) omnes.
206. *Cuneiforme* f. *cuneatum* Folium, sensim versus basin angulatum.
207. *Cuneiforme emarginatum* Folium (206), apice sinu excavatum.
208. *Cuspidatum* Folium, terminatum apice setaceo rigidiusculo.
209. *Cyathiformis* Corolla, cum ex cylindro (\*) supernè parum dilatata est.
210. *Cylindrica* Spica (759) cylindriciformis f. teretiufcula, *secunda* verò dimidiata.
211. *Cyma*, Receptaculum omnes pedunculos primarios ex centro eodem universali educens, partiales verò vagos spargens. *Viburnum opulus*.

## D

212. *Dadalum* Folium, unà flexuosum lacerumque (435).
213. *Decidua* Corolla, cum floris casu. *Pleraque*.
214. *Deciduum* Folium, peractà unicâ ætate casurum.
215. *Declinatum* Folium, deorsum flexum instar carinæ naviculæ.
216. *Declinatus* Caulis, arcuatim descendens.
217. *Decomposita* Umbella (862) f. *Prolifera*, si ex umbellula (863) simplici, aliæ enascuntur umbellulæ gradu iterum aucto dicitur *supradecomposita*.
218. *Decompositum* Folium, cum petiolus semel divisus adnectit foliola (323) plura (85, 93, 92).
219. *Decompositus* Flos, compositus (162) ex *compositis*, continet intra calycem communem (151) minores calyces, communes multis floribus. *Sphæranthus*.
220. *Decumbens* Caulis, procumbens (618) altiore basi.
221. *Decurrens* Folium, basi folii deorsum per caulem extensa. *Carduus*, v. *Thapsus*.
222. *Decurrens* Petiolus, lateribus deorsum per caulem vel ramum extensis.
223. *Decursivè-pinnatum* Folium, pinnatum (593) foliolis (123) decurrentibus (221) per petiolum.

(\*) *Cylindrus* oritur, circulo ad lineam rectam, motu parallelo, descendente. *Geometr.*

224. *Decussata* Folia, ita oppositè ( 524 ) disposita ut rami apice inspecto, quatuor ordines referant.
225. *Distaxi* Rami, arcuatum deorsum inclinati.
226. *Defoliatio*, tempus autumnale, quo arbores folia deiciunt.
227. *Defiscentia*, tempus quo fructus maturus semina dispergit; fitque apice (*Cerasium*), basi (*Triglochin*), angulis (*Oxalis*), poro (*Campanula*), horizontaliter ( 137 ) vel articulatè ( 59 ).
228. *Deltoidum* Folium, rhombeum ( 694 ) ex quatuor angulis, quorum laterales minus a basi distant, quam reliqui.
229. *Demersum* Folium, quod intra aquæ superficiem absconditur.
230. *Dentata* Radix, moniliformis, ex articulis concatenatis.
231. *Dentato sinuatum*, dentatum ( 232 ), sinubusque excavatum.
232. *Dentatum* Folium, quod acumina horizontalia, folii consistentia, spatio remota habet.
233. *Dependens* Folium, quod recta terram spectat.
234. *Dependens* Somnus ( 752 ) foliolis demissis.
235. *Depressum* folium, pulposum ( 630 ) disco ( 257 ) magis quam lateribus complanato.
236. *Determinatio* foliorum ( 317 ) non à propria structura, sed à loco ( 465 ), situ ( 746 ), insertione ( 413 ), & directione ( 255 ), s. expansione, desumitur.
237. *Dextrorsum* ( 743 ).
238. *Dichotomus* Caulis, bifariam semper divisus.
239. *Dielia*, flores masculi ( 476 ) & feminei ( 300 ) in eadem specie, sed distinctis thalamis gaudentes. Comprehendit: a. *Monoeciam*. b. *Diœciam*. c. *Polygamiam*.
240. *Dicocca* Capsula ( 242 ).
241. *Dicotyledones*, foliis feminalibus duobus sub seminis germinatione Plantæ ( 600 ).
242. *Didyma*, s. *Dicocca* Capsula, duobus nodis extus gibba. *Didyma* Anthera, duobus globulis distinctis, latere connatis. *Mercurialis*.
243. *Difformia* Folia, si in eadem planta variant figurâ. *Ranunculus aquatilis*, *Rudbeckia laciniata*.
244. *Difformis* Corolla, irregularis ( 430 ).
245. *Diffusa* Panicula ( 543 ) dum laxè divaricantur pedicelli ( 561 ), angulis rectis, s. obrusis ( 12 in not. )
246. *Diffusus* Caulis, ramis absque ordine patentibus.
247. *Digitatum* Folium, cum petiolus simplex, seu indivisus, adnecti foliola ( 323 ) plura.
248. *Dimidiata* Spaha ( 756 ) latere tantum interiore fructificationem ( 331 ) obvestiens.

249. *Dimidiatum* Capitulum ( 118 ) ab altero latere rotundum ,  
ab altero planum.
250. *Dimidiatum* Involucellum ( 425 ) extrorsum , estque patens  
vel dependens. *Æthusa*.
251. *Dioica* Planta , quæ flores masculos ( 476 ) & femineos  
( 300 ) in distincto individuo profert. *Dioecia*.
252. *Diphyllus* Pedunculus , foliolis duobus oppositis instructus.
253. *Diphyllum* Perianthium ( 486 ).
254. *Dipetala* Corolla ( 485 ).
255. *Directio* , fol. ( 236 ) est expansio , quam folia à basi ad api-  
cem acquirunt ( 288 , 791 , 49 , 385 , 558 , 410 , 662 ,  
514 , 682 , 667 , 688 , 233 , &c.
256. *Discus* floris , in composito radiato ( 638 ) , pars media  
ex corollulis ( 194 ) minoribus regularibus ( 672 )  
constat.
257. *Discus* folii , f. pagina ( 534 ) , dicitur folii superficies  
( 811 ) superior , plerumque cœlum spectans.
258. *Dissectum* Folium , laciniatum ( 438 ) , incisum ( 398 ).
259. *Dissipimentum* , paries quo fructus ( 119 , 573 , 729 ) internè  
distinguitur in concamerationes ( 463 ) plures.  
*Parallelum* ( 887 ) , *contrarium* ( 886 ).
260. *Distans* Verticillus ( 897 ) , pedunculis remotis.
261. *Disticha* Folia , duo latera rami tantùm respicientia , licèt  
undique inserta.
262. *Disticha* Spica ( 759 ) floribus ad utrumque latus spectan-  
tibus , unde tetrastricha , hexastricha à numero ordinum.
263. *Distichus* Caulis , ramos situ horizontali , nec decussatim  
( 224 ) fitos , exferit.
264. *Distincta* Antheræ ( 41 ) inter se non cohærentes.
265. *Divaricata* Panicula ( 543 ) cùm stricte divaricantur pedi-  
celli ad angulum obtusum , f. rectum. ( 12 in not. )
266. *Divaricati* Rami , a trunco ad angulum obtusum discedentes.
267. *Divergens* Somnus ( 752 ) , si foliola basi approximantur ,  
apicibus vero patent.
268. *Divergentes* Rami , a trunco ad angulum rectum discedentes.
269. *Dodrans* , *dodrantal* ( mensura ) est spatium inter apicem  
pollicis & indicis extensum. *Uncia septem*.
270. *Dolabriforme* Folium , compressum ( 166 ) , subrotundum  
( 805 ) extrorsum gibbum ( 353 ) acie acutà , infernè  
teretiunculâ.
271. *Dorsalis* Arista ( 54 ) lateri exteriori glumæ ( 364 ) adfixa.
272. *Drupa* , *Pericarpium* ( 573 ) fœctum , evalve , continens nu-  
cem ( 511 ) , estque *si. ca* ( 727 ) vel *succulenta* ( 308 ).
273. *Duplicato-crinatum* Folium ( 200 ).
274. *Duplicato-pinnatum* Folium ( 92 ).
275. *Duplicato-ferratum* Folium ( 729 ).

276. *Duplicato-ternatum* Folium (93).  
 277. *Duratio* foliorum respicit tempus à frondescentia (328) usque ad casum eorum (214, 109, 577, 569, 718).

## E

278. *Ebracteatus* Pedunculus, bracteis (99) destitutus.  
 279. *Echinatum* Pericarpium (573) cum aculeis (11) seu spinis (761) undique adpersum. *Datura Stramonium*.  
 280. *Efflorescentia* est tempus mensis, quo singulae species plantarum primos flores ostendunt.  
 281. *Ellipticum* Folium, lanceolatum (447) latitudine ovati (533) folii.  
 282. *Emarginatum* Folium, quod terminatur crenâ. Unde *acutè*, *obtusè* emarginatum.  
 283. *Encerve* Folium, nervis destitutum, nervoso (497) oppositum.  
 284. *Enodis* Culmus, qui continuus est, nec articulis (65) interceptus.  
 285. *Ensiforme* Folium, anceps (31) à basi ad apicem sensim attenuatum.  
 286. *Equantia* Folia. Vernatio. Marginibus conniventia (182) situ opposito, ut alterum includat alterum. *Acorus*, *Carex*, *Iris*.  
 287. *Erecta* Anthera (41) quæ basi adfigitur filamentis (303).  
 288. *Erectum* Folium, s. caulis ferè ad perpendiculum constitutus.  
 289. *Erectus* Culmus, situ superpendiculari, articulis infimis sæpe obliquis.  
 290. *Erosum* Folium, sinuatum (744) sinibus minimis obtusis laciniisque inæqualibus instructum.  
 291. *Extrasoliacei* Pedunculi, s. stipulae (781) infra folium collocatae.

## F

292. *Fartum* Folium, medullâ fartum, non tubulosum (856).  
 293. *Fascicularis* Radix, è paribus carnosis basi sessili connexis.  
 294. *Fascicularia* Folia, plura ex eodem puncto prodeuntia. *Pinus Larix*.  
 295. *Fasciculus*, capitulum (118) colligens flores erectos parallelis fastigiato-approximatos. *Dianthus barbatus*.  
 296. *Fastigiati* Flores, fasciculus (295) floribus omnibus æquali altitudine.

297. *Fasligiatus* Caulis, ramis omnibus æquali altitudine.
298. *Faux* Corollæ, hiatus inter lacinias (437) corollæ ringentis (693), ubi tubus (857) terminatur.
299. *Femina* Planta (600) quæ flores tantum femineos (300) profert.
300. *Femineus* Flos, qui Pistillum (598) absque flaminibus (771) habet.
301. *Feminina* Genitalia (350) sunt Stigmata (775) germinibus (351) ubique adnexa.
302. *Fibrosa* Radix, tota constans filamentis simplicibus vel ramosis.
303. *Filamentum*, pars floris (316) elevans adnectensque antheram (41).
304. *Filiforme* Folium, longissimum latitudine & crassitie æquali.
305. *Filiformis* Pedunculus, æquabili ubique crassitie.
306. *Fissum* Folium, divisum sinibus (745) linearibus, marginibus rectis, *bi-tri, quinque, multifidum* (83).
307. *Fistulosus* Caulis, internè tubulosus non factus (292).
308. *Flaccidus* Pedunculus, debilis, ut à proprio floris pondere dependeat.
309. *Flexuosus* Caulis, à gemma (344) ad gemmam horsum vorsum actus.
310. *Flexuosus* Pedunculus, à flore ad florem flexus. *Aixa flexuosa*.
311. *Florale* Folium flori proximum: differt numero & figurâ.
312. *Floralis* Gemma (344) flores non folia continens.
313. *Flouescentia* est Generatio, sistens Plantarum sponsalia in flore, & nuptias in anthesi (43).
314. *Floris* Perianthium, s. Calyx, stamina continet absque germine.
315. *Floris* Receptaculum, basis, ubi floris partes absque germine adfiguntur.
316. *Flos*, Constat calyce, corollâ (193), flamine (771) & pistillo (598); antecedit omnem fructum, ut generatio partum.
317. *Folia* organa motus Plantæ, (600), considerantur secundum: a. Simpliciter (734): b. Compositionem (160): c. Determinationem (236): & d. Durationem (277).
318. *Foliacea* Spica (759) foliis interstincta.
319. *Foliaris* Cirrhus (142) folio insidens.
320. *Foliaris* Gemma (344) folia continens, non flores.
321. *Foliatio*, Vernatio (891).
322. *Foliatus* Caulis, foliis instructus.
323. *Foliolum*, partiale est folii compositi (160).
324. *Foliosum* Capitulum (118), foliis intermixtis floribus.

325. *Folium* (325) expandens per aëra superficiem : attrahit præparatque humores; volatile à casu nunquam reparaturum.
326. *Folliculus* (169), *Pericarpium* (273) membranaceum, univalve, altero latere longitudinaliter dehiscens, proprio receptaculo ( nec futuræ ) semina adfigens. *Ajalepias*.
327. *Fornicata* Corolla dicitur si labium superius ringentis (693) fornicis in modum arcuatum. *Galeopsis*, *Lanium*.
328. *Frondeſcentia*, est tempus æstatis, quo species singulæ plantarum prima folia explicant.
329. *Frons*, ex stipite (777) in folium tranſeunte facta, fructificationes in averſa folii parte gerens. *Filices*.
330. *Fruſceſcentia*, comprehendit tempus, quo semina matura dispergunt Plantæ.
331. *Fruſtificatio*, Vegetabilium pars temporaria, generationi dicata, estque simplex (735) vel composita (157).
332. *Fruſtificationis* partes, septem numerantur : 1. Calyx (113), f. Perianth, 2. Corolla (193), 3. Stamen (771), 4. Pistillum (598), 5. Pericarpium (573), 6. Semen (712), 7. Receptaculum (661).
333. *Fruſtificationis* Calyx, f. Perianth. Germen (351) Staminaque includens.
334. *Fruſtificationis* Receptaculum (661), pro flore & fructu commune.
335. *Fruſtus*, Perianthium (572), f. Calyx, Germen absque staminibus (771) continens.
336. *Frutex*, Caudex perennis supra terram adſcendens absque gemmis (344).
337. *Fruſticeoſus* (336), Caulis perennis, cum caudicibus pluribus.
338. *Fulcra*, adminicula Plantæ (600) pro commodiore sustentatione ; Septem numerantur species : 1. Stipulæ (781), 2. Bractea (99), 3. Pubes (628), 4. Gandula (356), 5. Spina (761), 6. Aculeus (11), 7. Cirrus (142).
339. *Fulcrati* Rami fulcris instructi.
340. *Furcata* Setæ (726) ramosæ, f. subdivisæ quasi in ramulos. *Leontodon hispidum* *Araois* *Thaliana*.
341. *Furcæ Acutei* (11) ramosi, f. triplices. *Berberis*, *Ribes uva crisp.*
342. *Fuſiformis* Radix (648), simpliciuscula, oblonga, crassa, versùs basin sensim attenuata. *Daucus*.

## G

343. *Galea* corollæ ringentis (693) labium superius.
344. *Gemma*, Hybernaculum (387) Plantæ (600), ex rudimentis foliorum futurorum.

345. *Gemmatio*, est Gemmæ (344) constructio, ex foliis, stipulis (781), petiolis (585), aut squamis.
346. *Gemmina* Folia, trina, quaterna, &c. duo, tria, quatuor, &c. ex eodem puncto prodeuntia.
347. *Geniculata* Arista (54) articulatione instructa. *Agrostis canina*.
348. *Geniculatus* Culmus, geniculis (349) interceptus.
349. *Genicula* Nodi, in culmo (205) articulis (65) interjecti.
350. *Genitalia* Plantarum, organa sexualia, stamina (771) & pistilla (598, 301, 475).
351. *Germen* Rudimentum Fructus immaturi in flore: estque inferum (407) vel superum (812).
352. *Germinatio* est tempus quo Semina terræ mandata, eadem excludunt, in coryledonum (199) proventum.
353. *Gibbum* Folium, utraque superficie (811) convexa (185), mediante copiosiori pulpâ.
354. *Glaber* Caulis superficie lævi & lubricâ.
355. *Glabrum* Folium disco (257) lævi & lubrico, absque omni inegalitate.
356. *Glandula*, Papilla humorem excernens, estque sessilis vel stipitata.
357. *Glandulatio* Vasa secretoria offert, Glandulæ (356) & Utriculi (879).
358. *Glandulosum* Folium, quod glandulas (356) insidentes gerit, vel in dorso, vel in ferraturis. *Salix*.
359. *Globosa* Corolla, sphaerica, globum referens. *Vaccinium Myrtillus*. R. *Convallaria maialis*.
360. *Globosa* Radix, subrotunda, carnosa, radiculis lateralibus. *Bunium*.
361. *Globosum* Capitulum (118) ab omni parte rotundatum. *Echinops*.
362. *Glochides*, mucrones apice retrorsum multidentati.
363. *Glomerata* Spica (759) spicillis (760) varie congesta.
364. *Gluma*, Calyx (113) graminis, valvis amplexantibus.
365. *Glutinositas*, est qualitas humoris lubrici.
366. *Glutinosum* Folium, humore lubrico (365) illitum.
367. *Gradus* foliorum, in compositis (160) considerant subdivisionem petioli communis (154) in Compositis (160), Decompositis (218) & Supradecompositis (814).
368. *Graminea* Folia, linearia (458) sensim versus apicem angustata. Constant folio, vaginâ (880), & ligulâ (453).
369. *Granulata* Radix, particulis sphaericis carnosis adspersa. *Saxifraga*.
370. *Gymnosperma* Planta, semina nuda, nec pericarpio (573) recta. *Gymno* mono-di-tri-tetrasperma. *Didynamia-Gymnosperma*.

## H

371. *Habitationes* Plantarum, ex loco ubi sponte prognascuntur, respiciunt solum, s. telluris naturam.
372. *Habitus*, est conformitas vegetabilium affinium & congenerum, in placentatione, foliatione, &c.
373. *Hami*, mucrones acuminati, curvati, quibus quædam Plantarum partes adhærent animalibus prætereuntibus. *Arctium*.
374. *Hastatum* Folium, sagittatum (700) angulis posticis acutis sinu divisis, ad latera prominentibus, parulis. *Rumex acetosella*.
375. *Herba* est, cujus caulis singulis annis perit; estque: a. Annua: b. Bima s. biennis; seu c. Sempervirens. Constat hybernaculo (387), trunco (850), folio (325), & fulcro (338).
376. *Herbarium*, collectio Plantarum intrâ chartas ficcatarum asservatarumque, omni Botanico necessarium.
377. *Herbaceus* Caulis, etiamnum annuus, non lignosus.
378. *Hermaphrodita* Planta, quæ flores tantum hermaphroditos (381) gerit.
379. *Hermaphrodita (polygamie)* Flos, quorum antheræ non dehiscunt, sed decidunt, & pistillum mox in fructum, ab antheris alterius floris (380) fecundatum, excrefcit. A parte masculinâ sterilis dicitur. *Acer*.
380. *Hermaphroditus (polygamie)* Flos, quorum antheræ pollen pluunt, pistilla verò ob labem stigmatis non accrescunt, sed decidunt, à parte femineâ sterilis dicitur. *Acer*.
381. *Hermaphroditus* Flos, pistillo (598) stigmatè (775) & antheris (41) instructus.
382. *Heteromalla* Panicula, secunda (710).
383. *Hilum*, cicatrix externa feminis, ab ejusdem adfixione in fructu.
384. *Hispidum* Folium setis rigidis adpersum.
385. *Horizontale* Folium, quod ad angulum rectum (12, in not.) à caule discedit.
386. *Horizontalis* Radix, quæ sub terra transversus extenditur. *Iris*.
387. *Hibernaculum*, compendium Herbæ (375) totius, squamosum. Estque Bulbus (106) vel Gemma (344).
388. *Hybrida* Planta. Polygama (610).
389. *Hypocrateriformis* Corolla, limbus (456) planus rubo (857) impositus.



## I

- 390 *Imbricans* Somnus (752), foliis imbricatim (391) complicatis.
391. *Imbricata* Folia, quando parallelè superficie rectâ sibi invicem incumbunt, & se quoad partem tegunt. *Vernatio* (872) imbricata. *Syringa*, *Ligustrum*, *Daphne*.
392. *Imbricatum* Perianthium (572) squamis variis imbricatim (391) superimpositis. *Hieracium*.
393. *Imbricatus* Caulis, squamis tectus ut superficies non appareat.
394. *Inanis* Caulis, internè medullâ spongiosus.
395. *Inaqualia* Filamenta (303), aliquot majoribus vel minoribus. *Daphne*. *Didynamia*.
396. *Inaqualis* Corolla, ubi partes non magnitudine, sed proportionè respondent, ut regularis flos evadat. *Buto-mus*.
397. *Incana* Folia, tomentosa (827), colore glauco, s. ferè argenteo.
398. *Incisum* Folium, laciniatum (438).
399. *Includens* Somnus (752), cùm folia alterna (27) noctu se cauli approximant.
400. *Incrassatus* Pedunculus, apice sensim majorem molem adquirens.
401. *Incumbens* Anthera, s. versatilis, quæ latere filamentò (303) adfigitur.
402. *Incurvati* Rami, introrsùm nutantes.
403. *Incurvum* Folium (410).
404. *Incurvus* Aculeus, (11) introrsùm flexus.
405. *Indivisum* Folium, integrum (416), sinibus (745) destitutum.
406. *Inerme* Folium, spinis (761) aculeis (11) & stimulis (776) destitutum.
407. *Inferum* Germen (351) infra corollam positum.
408. *Inferus* Flos, s. Calyx, cui germen (351) supra receptaculum (661), s. cujus pistillum abit in fructum. *Tourn.*
409. *Inflatum* Perianthium, instar vesicæ cavum. *Cucubatus*, *Behen.*
410. *Inflexum* Folium, s. incurvum, dum sursum arcuatur versus caulem.
411. *Inflorescentia*, est modus, quo Flores pedunculo Plantæ adnectuntur : 1. Verticillus (897) : 2. Capitulum (118) : 3. Spica, (759) : 4. Corymbus (198) : 5. Thyrsus (826) : 6. Racemus (635) : 7. Panicula (543).

412. *Infundibuliformis* Corolla, si limbus (456) conicus tubo (857) impositus.
413. *Insertio* Foliorum respicit modum, quo folia Plantæ adnectuntur (584, 567, 721, 13, 144, 30, 571, 178, 882).
414. *Insertus* Petiolus, perpendiculariter ramo insidens.
415. *Integer* Caulis, simplicissimus (742), ramis angustatis.
416. *Integrum* Folium, indivisum (405), omnique sinu (745) destitutum.
417. *Integerrimum* Folium, margine continuo nec minimum secto.
418. *Interfoliacei* Pedunculi, inter folia opposita, sed alternatim collocati. *Asclepias*.
419. *Internodum* (65), quod inter artus vel genicula (349) medium intercedit. Estque convexum, concavum, vel planum.
420. *Interrupta* Spica (759) spicis minoribus alternis distantibus.
421. *Interruptè-Pinnatum* Folium, seu *Foliolis ruptis*, Pinnatum (593) foliolis alternis minoribus.
422. *Intorsio*, v. *Torsio* (830).
423. *Intrafoliaceæ* Stipulæ (781) supra folium s. petiolum collocatæ.
424. *Invertens* Somnus (752) foliolis demissis & simul inversis.
425. *Involucellum*, est parziale involucrum (427) umbellulæ (863) subjectum (267).
426. *Involucratus* Verticillus (897) s. umbella (862) involucro (427) instructus. *Oppositus nudo*.
427. *Involucrum*, Calyx (113) umbellæ (862) à flore remotus. Estque mono-di-tri-penta-polyphyllum, vel nullum.
428. *Involuta* Vernatio (891), folia quorum margines laterales utrinque introrsum spiraliter involvuntur. *Pyrus*, *Malus*, *Populus*.
429. *Involvens* Somnus (752) quando foliola erecta apice connivent, & cavitatem inter se formant.
430. *Irregularis* Corolla. (*Difformis*, *Anomala*). Limbi (456) partibus, figurâ, magnitudine, & proportione diversis. *Aconitum*.
431. *Isthmis interceptum* Legumen (452) internè transversim, in varia loculamenta (463) divisum.



## L

432. *Labiate* Corolla, ringens (693), bilabiata. Labium superius ; & inferius.
433. *Labium* f. Barba (76) Corollæ, pro ringentis (693) labio inferiore sæpe sumitur.
434. *Lacera* Corolla, cujus limbus (456) tenuissimè dissectus est.
435. *Lacerum* Folium, marginè variè divisum : segmentis difformibus.
436. *Lacinia* Calycis f. Perianthii, numerantur præsertim in monophyllis (486).
437. *Lacinia* Corollæ, numerus in Monopetala (486) à medio limbi (456), in Polypetala (611) laminæ (443) desumitur.
438. *Laciniatum* Folium, variè & indeterminatè in partes sectum.
439. *Lactescens* est copia liquoris, qui effluit læsâ plantâ, estque alba (*Euphorbia*), lutea (*Chelidonium*), vel rubra, (*Rumex sanguineus*).
440. *Lacunosum* Folium, disco (257) depresso (235) inter venas interjectas. *Lichen pulmonarius*.
441. *Lævis* Caulis, folium, superficie æquali.
442. *Lamella*, membranæ transværsæ fructificantes, pileo (586) Fungorum subtrâs adnatæ.
443. *Lamina*, Corollæ polypetalæ (611) pars superior patula.
444. *Lana*, Species pubis (628), pili (591) curvi, densi, servat plantam ab æstu nimio. *Stachis germanica*.
445. *Lanatum* Folium pilis incurvatis imbricatis, quasi telâ araneâ indutum. *Salsia*.
446. *Lanceolato-ovatum* Folium, lanceolarum (447) ad ovatum (533) figuram subaccedens.
447. *Lanceolatum* Folium, oblongum (516) ab utraque extremitate attenuatum.
448. *Laterales* Stipulæ (781), lateribus petioli seu foliorum insertæ.
449. *Laterifolii* Pedunculi ad latus hæscos soli inserti. *Solanum*.
450. *Laxa* Panicula (543), pedicelli debiles, liberè & laxè sine ordine sparsi.
451. *Laxi* Rami, liberè in arcum flexiles.
452. *Legumen*, Pericarpium (573) membranaceum bivalve adfigens semina secundum futuram alteram tantum ; estque 1. uni-, 2. biloculare, 3. vel isthmis interceptum (431). 1. *Vicia*, *Pisum*, 2. *Astragalus*.
453. *Ligula*, Membrana tenuis oris foliorum, in graminibus ; estque truncata, lanceolata, bifida, fissa &c.
454. *Ligulata* Corolla, simplex, tubo brevi, limbo (456) piano extrorsum vero apice acuto ; vel truncato tri- quinque-dentato.

455. *Ligulatus* Flos, compositus (162) corollulis flosculorum omnibus planis imbricatis versus exterius latus expansis (454).
456. *Limbus*, Corollæ monopetalæ (485) pars superior dilatata.
457. *Linea*, Linearis mensura, est lunulæ longitudo, ab unguis radice versus unguem extensa, (non verò in pollice).  
*Linea una*.
458. *Lineare* Folium, æquali ubique latitudine, interdum utraq; extremitate angustatur.
459. *Lineari-lanceolatum* Folium, linea (457) ad lanceolatam (447) figuram accedens.
460. *Lineatum* Folium, nervis depressis excavatum. *Euphrasia*.
461. *Lingulatum* f. *Linguiforme* Folium, lineare (458), carnosum (122), subtrès convexum (185).
462. *Lobatum* Folium, usque ad medium in partes distantes divisum, unde biloba, triloba, &c. à numero loborum.
463. *Loculamentum* Capsulæ (119) concameratio laxa, pro seminum loco.
464. *Loculare* (88) Pericarpium, uni-bi tri-quadri-quinque &c. loculare, à numero loculamentorum.
465. *Locus*, in determinatione (236) folii, respicit partem plantæ, quâ folia adnectuntur (715, 640, 129, 73, 311).
466. *Longus* Petiolus, longitudinem folii superans.
467. *Longissimus* Petiolus, aliquoties folii longitudinem superans.
468. *Lucidum* Folium, quasi illuminatum.
469. *Lunatum*, *lunulatum* Folium, subrotundum (805) basi sinu excavatum, angulis posticis acutis.
470. *Lyratum* Folium, transversum, divisum in lacinias (438) quarum inferiores minores remotioresve, terminalis maxima.

## M

471. *Maculatum* Folium, colorati (148) species; albo maculata, (*Trifolium repens*); nigro maculata, (*Arum Orchides*); rubro-maculata, (*Ranunculus acris*).
472. *Marcescens* Corolla, contabescens, nec decidens. *Campanula*, *Orchis*.
473. *Margo*, est extremâ ora folii ad latera, intacto disco folii (763, 720, 677, 232, 200, 123, 135, 290, 535, 316).

474. *Mes* Planta, quæ flores tantum masculos (476) profert.
475. *Masculina* Genitalia (350) sunt Antheræ (41) polline (607) repletæ.
476. *Masculus* Flos, si stamina (771) sine stigmatibus (775) continet.
477. *Mediocris* Petiolus, longitudine folii.
478. *Membranaceum* Folium, quod inter utramque superficiem nullâ evidenti pulpâ scætet.
479. *Membranatus* Caulis, complanatus more folii.
480. *Mensura*, quâ in dimensione partium Plantæ utimur: Capillus (117), Linea (457), Unguis (867), Pollex (608), Palmus (541), Dodrans (269), Spithama (767), Pes (579), Cubitus (203), Brachium (98), Orgya (528).
481. *Monoclini*, Flores omnes hermaphroditi (381) s. stamina (771) cum pistillis (598) in eodem flore. Comprehendit Classes Plantarum à Monandria usque ad Polyadelphiam inclusivè.
482. *Monocotyledones*, unico cotyledone (715) germinantes. Fruges, s. *Palme*, *Gramina*, *Lilla*.
483. *Monogynia*, *Digynia*, *Trigynia*, &c. id est pistillo unico, duobus, tribus, &c. instructi flores. Numerus desumitur à basi styli (796); si stylus autem deficiat (*Myriophyllum*), à numero stigmaum calculus fit.
484. *Monoica* Planta, (*Androgyna*) quæ flores masculos (476) & femineos (300) distinctos in eadem planta gerit. *Monœcia*.
485. *Monopetala* Corolla, s. petalo unico constans, staminibus (771) semper petalo insertis, exceptis bicornibus (80).
486. *Monophyllus* Calyx s. Perianthium unico foliolo absolutum, quoties monopetala (485) corolla est, unde di-tri-tetra-penta-hexaphyllus, &c. numero foliorum.
487. *Monosperma*, di-tri-tetra-penta-hexa-poly sperma capsula, à numero feminum quæ includit.
488. *Monostachius* Culmus, unicam spicam gerens. *Lolium*.
489. *Mucronatum* Folium, terminatum mucrone existente.
490. *Multiflora* Gluma (364), plures flores includens.
491. *Multivalvis* Gluma (364), pluribus quàm duabus squamis constans.
492. *Muniens* Somnus (752), dum folia (antea horizontaliter patentibus petiolis) circumcirca dependent, & quasi fornecem formant.
493. *Muricatus* Caulis, punctis subulatis mollibus adspersus.
494. *Mutica* Gluma (364), mucrone s. arista destituta.

## N

495. *Natans* Folium superficiei aquæ incumbens, s. innatans, *Potamogeton*.
496. *Nectarium*, pars mellifera flori propria, estque proprium (625) vel petalinum (580).
497. *Nervosum* Folium, venis simplicissimis eminentibus à basi ad apicem extensis.
498. *Neuter* Flos, qui neque flamina (771) neque stylum (796) vel stigma habet. *Corceopsis*, *Rudbeckia*. (Radius).
499. *Nidulancia* Semina, per pulpam absque ordine sparsa, in baccis (75).
500. *Nitidum* Folium, glabritie lucente.
501. *Nodi*, *Nodosus* (349).
502. *Nucleus*, Pars edulis fructuum, in ossea capsula, nuce (511) recondita.
503. *Nudum* Capitulum (118), foliis & seris destitutum.
504. *Nudum* Folium, seris & pilis (591) destitutum.
505. *Nudum* Receptaculum (661), superficiei nec villis nec paleis (536) tectum.
506. *Nudus* Caulis, foliis destitutus. *Cuscuta*. Oppositus foliato (322) & imbricato (393).
507. *Nudus* Flos, caret calyce, non corollâ.
508. *Nudus* Verticillus (897), nec bracteis (99) nec involucro (427) instructus.
509. *Nutans* Caulis, apice extrorsum reflexus.
510. *Nutans* Flos, non proprio pondere, sed peculiari structura pedunculi, extrorsum reflexus, *Carduus nutans*.
511. *Nux*, Semen tectum epidermate ossâ; uni s. bilocularis, nucleum (502) condens.

## O

512. *Obcordatum*, obverse cordatum (521) (192).
513. *Obliqua* Calyptra (112), ad aliquod latus flexa.
514. *Obliquum* Folium, basi cœlum, apice horizontem spectans.
515. *Obliquus* Caulis, à perpendiculari aut horizontali linea discedens.
516. *Oblongum* Folium, diametro (\*) longitudinali aliquoties superante transversalem.

(\*) Linea, quæ ab uno extremitatis puncto ad aliud in circuli ambitu, per centrum vadit, *Diameter* dicitur. *Geometr.*

517. *Obovatum* Folium, obversè ovatum (533) (521).  
 518. *Obtusè-crenatum* Folium (200).  
 519. *Obtusum* Folium, intra segmentum (\*) circuli terminatum.  
 520. *Obtusum* acumine, obtusum (519) nervo medio apice prominulo.  
 521. *Obversa* Folia, quorum basis angustior evadit regione apicis. Unde *Obversè-cordata* f. *Obcordata* (512), *Obversè-ovata* f. *Obovata* (517).  
 522. *Obvoluta* Foliatio (891), cum margines alterni comprehendunt oppositi folii marginem rectum. *Lychnis*, *Sapnaria*, *Scabiosa*.  
 523. *Operculum* (Muscis) Membrana antheræ (41), orificium supra ciliis claudens, calyptra (112) tota aut semitecta. Varias assumit figuras: obusum, conicum, subulatum, arcuatum, rectum & obliquum.  
 524. *Opposita* Folia, duo per paria decussatim è regione collocata.  
 525. *Oppositè-pinnatum* Folium, pinnatum (593) foliolis oppositis (524).  
 526. *Oppositi-foliæ* Stipulæ (781), in latere folii opposito collocatæ.  
 527. *Orbiculatum* Folium, peripheria (\*\*\*) circinata, diameter (516) longitudinalis æqualis transversali.  
 528. *Orgya*, *Orgyalis* mensura, hexapoda f. humana altitudo, est mensura inter manus expansas. *Pedes sex*.  
 529. *Ovale* Folium, ex orbiculato (527) oblongum (516), utraq; extremitate rotundatâ æquali.  
 530. *Ovato-lanceolatum* Folium, ovatum (533) ad oblongam (516) figuram accedens.  
 531. *Ovato-oblongum* Folium, ovatum (533) ad lanceolatam (447) figuram accedens.  
 532. *Ovato-rhombicum* Folium, ovatum (533) simulque rhomboideum (694).  
 533. *Ovatum* Folium, cujus diameter longitudinalis superat transversalem, basî segmento circuli circumscriptâ, apice angustiore.  
 534. *Pagina* dicitur folii superficies (811) utraq; unde pagina superior & inferior.

(\*) Si circulum & ejus chordas duco, pars ejus arcu uno & chordâ comprehensâ, sub *Segmenti* nomine venit. *Geom.*

(\*\*) Linea illa in se radiens quæ circulum constituit, quoniam radio in orbem circa se eunte describitur, *peripheria* appellari solet.

## P

- §34. *Pagina* dicitur folii superficies (811) utraque, unde pagina superior & inferior.  
 §35. *Palatum* Corollæ, gibbositas prominens in fauce (298) corollæ. *Anthirrhinum*.  
 §36. *Palæa*, Lamellæ receptaculo (661) innatæ flosculos & tandem semina distinguentes, in floribus compositis (162). *Anthemis*, *Bidens*, *Hypochæris*.  
 §37. *Paleaceum* Receptaculum paleis (536) instructum.  
 §38. *Paleaceus* Pappus (548), membrana inæqualis, tenuis, apici feminis adfixa.  
 §39. *Palmata* Radix, carnosâ, lobata. *Orchis*.  
 §40. *Palmatum* Folium, divisum ultra medium in lobos sub-æquales, basi cohærentes.  
 §41. *Palmus*, *Palmaris* mensura, diameter quatuor digitorum tranversorum, parallelorum, demto pollice. *Uncia tres*.  
 §42. *Panduræforme* Folium, oblongum (516) infernè latius, lateribus coarctatum.  
 §43. *Panicula*, Flores sparsi (755) in pedunculis diversè divisâ & subdivisâ. Estque æqualis, vel secunda (710).  
 §44. *Paniculatus* Caulis, ramis variè subdivisâ, floribus numerosis. *Erigeron canadense*.  
 §45. *Papilionacea* Corolla, irregularis (430), petalo inferiore cymbiformi; carina (120), superiore ascendente; vexillum (898), lateribus solitariis; alæ (23).  
 §46. *Papillosum* Folium, tectum punctis carnosâ.  
 §47. *Papposum* Semen, pappo tenuissimo inæquali instructum. *Populus*, *Salyx*.  
 §48. *Pappus*, Corona (195) feminis pennacea pilosave, volitans. Estque simplex vel compositus.  
 §49. *Papulosum* Folium, quod tegitur punctis vesicularibus.  
 §50. *Parabolicum* Folium, cujus diameter longitudinalis superat transversalem, versûs apicem sensim angustius rotundatum.  
 §51. *Parallelum* Dissepimentum (887).  
 §52. *Parasiticus* Caulis, alteri plantæ nec terræ innatus. *Viscum*.  
 §53. *Partiale* Involucrum, Involucellum (425).  
 §54. *Parallelepipedum* (\*) *Anthera* (41) idem ac quadrangularis. *Polytricum*.  
 §55. *Partialis* Pedunculus, aliquot flores pedunculi communis (154) proferens.

---

(\*) *Parallelepipedum* dicunt oriri, parallelogrammo ad perpendicularum, motu parallelo, demisso. *Geometr.*



556. *Partialis* Umbella (882), Umbeilula (863).  
 557. *Partitum* Folium, ad basin ferè divifum, unde bi-tri-mul-  
 tiparitum (91), à numero partium.  
 558. *Patens* Folium, ad angulum acutum (12 in not.) caulì  
 infidens.  
 559. *Patula* Panicula (543), pedunculis pedicellisq̄e undique  
 difperfis, floribus remotis. Oppofita *coarctata* (146).  
 560. *Pedatum* Folium, petiolo bifido, latere tantum inferiore  
 adnectente foliola plura. *Helleborus*.  
 561. *Pedicellus*, Pedunculus (564) partialis (555) feu pro-  
 prius floribus in pedunculo communi (154).  
 562. *Peduncularis* Cirrhus (142), pedunculo infidens.  
 563. *Pedunculatus* Verticillus (897), pedunculis flores ele-  
 vantibus.  
 564. *Pedunculus*, Fulcrum (338) fufiinens fructificationem  
 (331) nec folia.  
 565. *Pedunculus* (Mufcis), feta (725) plerumque colorata,  
 antheram (41) fupernè fufiinens; bafis tuberculata  
 (852), nuda (*Bryum*), vel perichætio (574) veftita  
 (*Hypnum*).  
 566. *Pelta* (Lichenibus) Fructificatio plana f. revoluta, mar-  
 gini vel apici folii verticaliter adglutinata. *Lichen Caninus*  
*Aphofus*, &c.  
 567. *Peltatum* Folium, petiolo difco folii non bafi inferto.  
 568. *Pennatus* Surculus (815) in Mufcis, quum folia ad ra-  
 chis uniusque latus annexa, alternata vel oppofita funt.  
 569. *Perenne* Folium, per aliquot annos virens.  
 570. *Perennis* Radix per plurimos annos regerminans.  
 571. *Perfoliatum* Folium, bafi tranfverfim cingente, (nec an-  
 tice dehifcente) caulem. *Buplevrum*.  
 572. *Perianthium*, Calix (113) fructificationi contiguus.  
 573. *Pericarpium*, Vifcus plantæ, gravidum feminibus, quæ  
 matura demittit. Capsula (119), Siliqua (729), Le-  
 gumen (452), Folliculus (326), Drupa (272), Po-  
 mum (614), Bacca (72), Strobilus (795).  
 574. *Perichætium* (Mufcis) congregatio foliorum anguftorum,  
 tuberculum (852) fetarum (726) cingentium.  
 575. *Perpendicularis* Radix quæ recta descendit.  
 576. *Persistens* Corolla, Perianthium ad maturitatem fructûs.  
*Nymphæa*.  
 577. *Persistens* Folium, peractâ ætate non cafurum.  
 578. *Personata* Corolla, ringens (693) fed inter labia (433)  
 palato (535) claufa.  
 579. *Pes*, *Petalis* Menfura, mendifuratur à flexura cubiti ad  
 basin pollicis. *Uncia duodecim*.  
 580. *Petalinum* Nectarium (496) petalisinfertum. Porus (R4

- nanculus* ) Rima, (*Hydrophyllum*).
581. *Petalum* Corollæ, pars corollæ in plures divisa.
582. *Petiolaris* Cirrus (142) petiolo insertus.
583. *Petiolaris* Gemma (344), è foliorum rudimentis con-  
fecta.
584. *Petiolatum* Folium, petiolo ad basin inserto, sessili (721)  
oppositum.
585. *Petiolus* Fulcrum (338) sustinens folium, nec fructifi-  
cationem.
586. *Pileus* (Fungi) Orbiculus horizontaliter expansus subtus  
fructificationes in lamellis (442) gerens.
587. *Piliferum* Folium, apice in pilum desinens. *Bryum*.
588. *Pilosum* Folium, quum pili distincti elongati tegunt su-  
perficiem.
589. *Pilosum* Receptaculum, pilis erectis tectum.
590. *Pilosus* Caulis, pilis distinctis elongatis tectus.
591. *Pilus*, Ductus excretorius plantæ fetaceus, species pubis  
(628).
592. *Pinnatifidum* Folium, transversim divisum in lacinias hori-  
zontales oblongas.  
*Bipinnatifidum*, quum bis lacinias lateribus divisum.
593. *Pinnatum* Folium, petiolo simplici lateralibus adnectente  
Foliola plura *abruptè*-(3), *alternatim*-(28), *articulatè*-  
(60), *cirrhosum*-(141), *decursvè*-(223), *duplicato*-  
(274), *interruptè*-(421), *oppositè*-(525), *triplicato*-(848),  
*pinnatum*.
594. *Pinnatum cum impari* Folium, pinnatum (593) foliolò  
unico (impari) terminatum.
595. *Pinnatum sine impari* Folium (3).
596. *Pinnatus* Surculus (815) oppositos alternatosve admittit  
ramos.
597. *Pinnæ* vocantur Foliola conjugata. *Pinna pinnata*, quando  
foliola conjugata profundis incisuris minores *Pinnulas*  
repræsentant.
598. *Pisillum* Org num genitale femineum, constat germine  
(351), stylo (796), & stigmate (775).
599. *Plicatio*, est cotyledonum (199) dispositio sub ipsa  
seminis germinatione. *Mono*-(482) *Di*-(241) *Aco*-  
*tyledones* (8).
600. *Plantæ* dicuntur *Dicotyledones* (241), *Herbæ* (375) &  
*Arbores*.
601. *Planum* Folium, superficie ubique æquali.
602. *Plicata* Vernatio (861) in plicas varias coarctata longi-  
tudinaliter. *Betula*, *Cratægus*, &c.
603. *Plicatum* Folium, disco (257) plicis acutis alternatim  
flexo, angulis dependentibus, & ascendentibus. *Achemilla*.

604. *Plumosa* Setæ (726) villosæ, compositæ.  
 605. *Plumosus* Pappus (548), pilis pennatis constans.  
 606. *Plumula*, Pars corculi (138) squamosa ascendens.  
 607. *Pollen Pulvis*, floris antherâ (41) inclusus, humore rum-  
 pendus, atomosque elasticos ejaculans. (Genitura Plan-  
 tarum).  
 608. *Pollex*, Pollicaris mensura, est longitudo aut diameter  
 extimi articuli pollicis. *Uncia una*.  
 609. *Polyanthos* Caulis, qui plures quàm unum sustinet flo-  
 rem.  
 910. *Polygama* Planta (hybrida), quæ flores hermaphroditos  
 necessario, dein alios flores alterius sexus, femineos  
 vel masculos, in eadem specie profert.  
 611. *Polypetala* Corolla, petalis pluribus; numerus ab ordinibus  
 insertionum determinatur. *Anemone Hepatica*.  
 612. *Polyphyllum* Perianthium, foliolis pluribus constans.  
 613. *Polystachius* Culmus, plures quàm unam spicam gerens.  
 614. *Pomum* Pericarpium (573) fœctum, evalve, capsulam  
 (119) continens.  
 915. *Pramorsa* Radix, deorsum truncata, radículas (645) la-  
 terales emittens. *Scabiosa Succisa*, *Plantago*.  
 616. *Pramorsum* Folium, obtusissimum, terminatum incisuris  
 inæqualibus.  
 617. *Prismaticum* (\*) Pericarpium, lineare polyëdram, lato-  
 ribus planis.  
 618. *Procumbens* Caulis, debilis horizontaliter terræ insitens.  
 619. *Pr. lifera* Umbella (862).  
 620. *Prolifer* Flos, cum ex uno flore alius enascitur. *Scabiosa*,  
*Geum rivale*, *Bellis hortensis*.  
 621. *Prolifer* Caulis ex apicis centro emittens tantum ramos.  
*Pinus*.  
 622. *Propagines*, Muscorum semina nuda s. tunicâ cotyledoni-  
 busque destituta.  
 623. *Proprium* Involucrum cuiuslibet flori subjectum.  
 624. *Proprium* Perianthium, quemlibet florem respiciens.  
 625. *Proprium* Nectarium, à petalis & ceteris partibus distinc-  
 tum. *Aconitum*.  
 626. *Proprium* Receptaculum, quod partes unius tantum fruc-  
 tificationis respicit.  
 627. *Prostratus* Caulis, basi decumbente erectus.  
 628. *Pubes*, Hirsuties omnis in planta, pili (591), lana (444),

(\*) *Prisma* effici, sicut, cum figura rectilinea ad terram des-  
 cendat, motu parallelo. *Geomet.*

- barba ( 77 ), tomentum ( 828 ), strigæ ( 793 ), setæ ( 726 ), hami ( 373 ), glandulæ ( 356 ), viscositas ( 905 ), glutinositas ( 365 ).
629. *Pubescens* Folium, caulis, testum pilis ( 591 ) raris, brevibus, sibi incumbentibus.
630. *Pulposum* Folium, materiâ tenaci factum.
631. *Punctatum* Folium, punctis excavatis adpersum.
632. *Pungens* Folium, aculeis ( 11 ) s. spinis ( 761 ) armatum.

## Q

633. *Quinatum* Folium, digitatum ( 247 ) foliolis quinis.
634. *Quingangulare* Folium, angulis quinis prominentibus. Species angulati ( 34 ).

## R

635. *Racemus*, pedunculo communi, pedicellisque lateralibus; instructo. *Ribes*.
636. *Rachis*, Receptaculum filiforme flosculos longitudinaliter adnectens, in spicam ( 759 ).
637. *Rachis* s. *Coffa*, Productio petioli s. nervus intermedius, foliorum medium longitudinaliter percurrens.
638. *Radiatus* Flos, corollulis disci ( 256 ) tubulatis ( 854 ) ambitus ( 527 ) verò ligulatis ( 454 ) difformibus, compositus ( 162 ).
639. *Radiata* Umbella ( 862 ) petalis florum marginalium, reliquis majoribus. *Tordylium*, *Caucalis*.
640. *Radicale* Folium, quod ex radice immediate exit.
641. *Radicans* Caulis, aliis se adhgens radiculis lateribus. *Hedera*, *Cuscuta*.
642. *Radicans* Folium, si radices agat. Unde.
643. *Radicata* Folia, quæ radículas demittunt ex substantia ipsius folii.
644. *Radicatio* est radice dispositio, caudice ascendente ( 127 ), descendente ( 648 ), & radiculis ( 645 ).
645. *Radicula*, Pars radice ( 648 ) fibrosa.
646. *Radius*, Floris compositi ( 638 ) ambitus ex corollulis ligulatis ( 454 ).
647. *Radii* (\*) dicuntur etiam pedunculi Umbellæ ( 862 ) &

(\*) Lineæ pares, quæ ex medio puncto, quod *centrum* dicunt, ad puncta peripheriæ ducuntur, *radii* appellantur. *Geometr.*

- setæ rigidiores Pappi ( 548 ).
648. *Radix*, Organum nutriens plantam ( 600 ), constat caudice descendente & radiculis ( 645 ).
649. *Rameum Folium*, quod ramo ( non cauli ) infidet.
650. *Rami Partes* caulis. Situs notetur.
651. *Ramificatio*, manifestatur in situ ramorum, quem folia sequuntur ( 147, 268, 266, 263, 896, 225, 669, 683, &c. ).
652. *Ramosa Radix*, in fibras ( 645 ) subdivisa.
653. *Ramosa Spica* ( 759 ) variè in spicas partiales divisa.
654. *Ramosa Spina* ( 761 ) divisa, apice partita.
655. *Ramosæ Setæ* ( 726 ), s. *Furcatæ* subdivisæ, quasi in ramulos. *Leontodon hispidum*. *Arabis Thaliana*.
656. *Ramosum Folium*, pedatum ( 650 ).
657. *Ramosus Aculeus* ( 11 ), *Furca* ( 341 ).
658. *Ramosus Caulis*, ramis lateralibus pluribus instructus.
659. *Ramosus Pappus* ( 548 ), radiis ( 647 b. ) subdivisis. *Carlina*.
660. *Ramosissimus Caulis*, ramis numerosis absque ordine cumulatis.
661. *Receptaculum*, basis quâ partes fructificationis ( 331 ) connectuntur. Estque commune ( 125 ), vel proprium ( 626 ).
662. *Reclinatum Folium*, deorsum versus petiolum flexum, ut arcus sit basi inferior, apice ascendente.
663. *Reclinatus Caulis*, arcuatim terram versus. *Ficus*.
664. *Recta Arista*, perpendiculariter exiens. *Agrostis Spica venti*.
665. *Recta Calyptra* ( 112 ), undique æqualis.
666. *Rectus Aculeus*, flexuris destitutus.
667. *Recurvatum Folium*, deorsum, ut convexitas arcus superiora spectet.
668. *Recurvi Aculei* ( 11 ), extrorsum reflexi. *Rosa*.
669. *Reflexi Rami* ( 650 ), perpendiculariter dependentes.
670. *Reflexum Folium*, deorsum curvatum, ut apex basi inferior evadat.
671. *Reflexum Perianthium*, partibus retrorsum flexis.
672. *Regularis Corolla*, æqualis ( 17 ) figurâ, magnitudine & proportione partium.
673. *Remota Corolla*, à calyce interjecto germine ( 351 ). *Sanguisorba*, *Poterium*.
674. *Remota Folia*, spatia à se invicem distantia.
675. *Remota Volva* ( 907 ), à capitulo ( 118 ) spatia recedens.
676. *Reniforme Folium*, subrotundum ( 805 ), basi sinu excavatum, angulis posticis destitutum.

677. *Repandum* Folium, cujus margo angulis, eisq̄ue inter-  
jectis sinibus circuli segmento inscriptis, terminatur.
678. *Repens* Caulis, terræ incumbens, radicalesque agens.
679. *Repens* Radix longè sub terra excurrans, hinc inde germi-  
nans, & radicales demittens.
680. *Restantes* Pedunculi, post casum fructificationis.
681. *Resupinata* Corolla, tubo contorto, ut labium superius  
terram, inferius cœlum spectet. *Viola*, *Scrophularia*.
682. *Resupinatum* Folium, paginâ (534) superiore inferiore,  
& interiore superiore factâ.
683. *Retroflexi* Rami, horum vorsum divaricati (266).
684. *Retrofactus* Pedunculus, vi quasi ad dependendum redactus.
685. *Retrosum* sinuatum, folium runcinatum (699).
686. *Retusum* Folium, quod terminatur sinu obruso.
687. *Revoluta* Vernatio (891) lateribus versus paginam infe-  
riorem ntrinque spiraliter contortis. *Primula*, *Tussilago*.
688. *Revolutum* Folium, quod deorsum in spiram revol-  
vitur.
689. *Revolutus* Cirrhus, spirâ dimidio iunere retortâ. *Bryonia*,  
*Leguminosæ*.
690. *Rictus* Corollæ, hiatus inter duo labia corollæ ringentis  
(693).
691. *Rigidus* Caulis, flexuræ impatiens.
692. *Rimosus* Caulis, cortice exteriori fissuras spontè agens.  
*Acer*.
693. *Ringens* Corolla, limbo (456) irregulari in duo labia  
hians (343, 433).
694. *Rhombeum* Folium, figura rhombi (\*).
695. *Rostellum*. Pars corculi (188) in femine, simplex des-  
cendens.
696. *Rotata* Corolla, monopetalæ limbus (456) planus, par-  
titus, nullo tubo (857) impositus.
697. *Rotundum* Folium, f. *Rotundatum*, angulis orbium.
698. *Rugosum* Folium, rugis confertum. *Salvia*.
699. *Runcinatum* Folium (685), pinnatifidum (592), itâ ut  
lobi anticè convexi, posticè transversi sint. *Leontodon*,  
*Taraxacum*.

---

(\*). Cujus figuræ quadratæ latera æqualia quidem, non au-  
tem recti sunt anguli, *Rhombus*; cujus neque recti anguli, neque  
omnia latera sed opposita tantum, æqualia sunt, *rhombiformis*  
dicitur. *Geometr.*

## S

700. *Sagittatum* folium, triangulare (834) basi sinu excavatum, angulis posticis acutis.
701. *Sarmentosus* Caulis, filiformis, subnudus, geniculis radican-  
tibus.
702. *Scaber* Caulis, punctis eminentibus rigidiusculis exasperatus.
703. *Scandens* Caulis, alta petens, aliisque corporibus sustinendus.
704. *Scapus* Pedunculus, radicans, caulis faciem induens.  
*Viola odorata.*
705. *Scapus* Trunci (850) species, fructificationem sustinens absque foliis. *Narcissus.*
706. *Scariosum* Folium, substantia sicca, arida, tactu sonora.
707. *Scariosum* Perianthium, imbricatum (392) squamis margine s. apice membranâ auctis aridâ sonorâ. *Chrysanthemum.*
708. *Scutellum*, fructificatio orbiculata, concava; margine undique elevato. *Lichenes.*
709. *Sciphus*, in Lichenibus pyxidatis, constat stipite basi attenuato, supernè dilatato excavato, fructificationes sessiles seu pedunculatas scutelliformes proferens.
710. *Secunda* Panicula (382), pedunculis floribusque omnibus versùs unum idemque latus flexis. *Festuca, Dactylis glomerata.*
711. *Secunda* Spica, floribus omnibus ad unum latus versis.
712. *Semen*, vegetalis pars decidua, novi rudimentum, pollinis (607) irrigatione viviûcatum, vesicâ tunicatumque. Partes: hilum (383), cotyledon (199), corculum (188).
713. *Semiamplexicaule* Folium, gradu minore differt à folio amplexicauli (30).
714. *Semicylindricum* Folium, teres (817) sed altero latere longitudinaliter planum.
715. *Seminale* Folium, quod antea cotyledon (199) fuit, & primum in planta est.
716. *Seminum* Receptaculum, basis, quâ femina intra pericarpium adfiguntur.
717. *Semiteres* caulis, hinc planus, inde teretiusculus.
718. *Sempervirens* Folium, per omnia tempora anni virens.
719. *Sericeum* Folium, tectum pilis appressis, mollissimis, nitidis.
720. *Serratum* Folium, margine inciso: omnibus incisuris extremitatem respicientibus. *Duplicato-serratum* (275) incisuris iterùm incisis.
721. *Sessile* Folium, immediatè cauli vel ramo, absque petiolo insidens.
722. *Sessilis* Pappus (548), femini absque stipite (779) adhærens.

723. *Sessilis Umbellula* (863), plures pedunculos simplices ex eodem centro, ambitu æquali, prodeuntes.
724. *Sessilis Verticillus* (897), absque pedicellis manifestis.
725. *Seta* dicitur *Pedunculus* (565) in Muscis.
726. *Setae*, Pili rigidiusculi teretiusculi, species pubis (628).
727. *Sicca Drupa* (272), non succulenta (808).
728. *Silicula*, *Siliqua* (729) subrotunda, oblonga, obcordata, stylo instructa. *Lepidium*, *Draba*, *Thlaspi*.
729. *Siliqua*, *Pericarpium* (573) membranaceum bivalve, adfigens semina secundum utranque futuram: constat valvis (884) & dissepimento.
730. *Simplex Aculeus* (11) non divisus (666, 404, 568).
731. *Simplex Caulis*, continuâ serie versus apicem extensus.
732. *Simplex Cirrhus*, indivisus.
733. *Simplex Flos*, intra perianthium aut corollam unicum receptaculum constituit.
834. *Simplex Folium*, cum petiolus gerit unicum folium; differt:  
1. Circumscriptione (138): 2. Angulis (36): 3. Sinubus (745): 4. Apice (45): 5. Margine (473): 7. Superficie (811): 8. Substantiâ (806): 9. Duratione (277).
735. *Simplex Fructificatio* (331), paucis floribus constans.
736. *Simplex Pappus* (548), radiis pluribus indivisis in orbem positus. *Hieracium*.
737. *Simplex Perianthium*, compositum dum series unica squamarum ambit flosculos. *Tussilago Farsfara*.
738. *Simplex Radix*, quæ non subdividitur.
739. *Simplex Seta* (725) continuo extensa longitudinaliter.
740. *Simplex Spica*, rachi (637) indivisa.
741. *Simplex Umbella* (862), pedunculis non ramosis: omnibus ex uno eodemque receptaculo ortis.
742. *Simplicissimus Caulis*, idem ac integer (415).
743. *Sinistrorsum*, hoc est: quod respicit sinistrum, si ponas te ipsum in centro constitutum, meridiem adspicere; *Dextrorsum* itaque contrarium (908, 909).
744. *Sinuatum Folium*, à lateribus sinibus dilatatis.
745. *Sinus*, discum folii in partes secant (676, 192, 374, 700, 306, 540, 592, 470, 699, &c.).
746. *Situs Foliorum*, *Inferio* (413).
747. *Solidus Bulbus* (106) carnosus, intus indivisus. *Tulipa*.
748. *Solidus Caulis* internè factus (292), non tubulosus (856).
749. *Solitaria Stipulæ*, simplices, sparse.
750. *Solitarius Pedunculus*, qui unicus est in loco.
751. *Soluta Stipulæ*, Folia, basi productæ, crassitiam perdentes.
752. *Somnus*, nocturna Foliorum mutatio in Planta, connivens (182), includens (399), circumsepiens (139), muniens (492), conduplicans (170), involvens (429),



- ( 429 ), divergens ( 267 ), dependens ( 234 ), invertens, imbricans ( 390 ).
753. *Spadix*, Receptaculum ( 661 ) palmæ, enatum intra spatiam, in ramulos fructificantes divisum.
754. *Sparsa* Folia, absque certo ordine constituta.
755. *Sparsi* Pedunculi, ubi plures absque ordine pronascuntur.
756. *Spatha*, Calyx ( 113 ) membranaceus, longitudinaliter ruptus. *Narcissus*.
757. *Spatulatum* Folium, subrotundum ( 805 ) basi angustiore lineari ( 458 ).
758. *Sphaerophyllum*, Fructificatio feminea sessilis vel pedunculata, constans minutissimis foliis congregatis imbricato-patulis. *Mnium pellucidum*, *androgynum*, & *fissum*.
759. *Spica* floribus sessilibus alternis, pedunculo communi simplici ( Rachi ) adfixis.
760. *Spicula*, *Spicilla*, partialis spica, compositæ ( 158 ) locusta dicta.
761. *Spina*, mucro durus, pungens, è ligno ( non ex cortice ) protrusus. A cultura sæpè evanescens. *Pyrus*, *Prunus*, *Rhamnus*.
762. *Spinifera* Petiolus, indurefcens & pungens.
763. *Spinosum* Folium, quod margine exit in acumina rigida subulata & pungentia. *Carduus*, *Ilex*.
764. *Spinosum* Perianthium, squarrosum ( 770 ), squamis in mucrones pungentes terminatis. *Onopordon*.
765. *Spinosus* Caulis, spinis ( 761 ) armatus.
766. *Spiralia* Vernatio ( 136 ).
767. *Spithama*, Spithamalis Mensura, spatium inter apicem pollicis & indicis extensum. *Uncia septem*.
768. *Squamosus* Bulbus ( 106 ) lamellis s. squamis imbricatus. *Lilium*.
769. *Squamosus* Caulis, squamis adpersus.
770. *Squarrosum* Perianthium imbricatum ( 392 ) squamis undique divaricatis patentissimis. *Onopordon*, *Coryza*.
771. *Stamen*, Discus pro pollinis ( 607 ) præparatione, ( organum genitale masculinum ). Constat: 1. Filamento ( 303 ): 2. Anthera ( 41 ): 3. Polline ( 607 ).
772. *Sella* s. *Stellula*, Fructificatio in Muscis: Surculi terminalis expansio pluribus foliis patentibus constata cujus medio ( in quibusdam ) minuta folia compactissima, in aliis distinctiora corpora cylindrica ( 209 in not. ) imbricata, insident. *Polytricum*, *Mnium*.
773. *Stellata* Folia, verticillata ( 895 ).
774. *Stellata* Setæ ( 726 ), decussatim dispositæ.
775. *Stigma*, Summitas Pistilli ( 598 ) madidâ humore, pro pollinis receptione. Numerus & Figura notentur.

776. *Stimuli*, Mucrones puncturas inflammatorias efficientes; unde pruriginosæ evadunt partes. *Urtica*.
777. *Stipes Frondis* ( 329 ), trunci ( 840 ) species in folium transiens. *Filices*.
778. *Stipes Fungi*, truncus s. pes fungi, estque farctus vel fistulosus, nudus vel annulatus ( 37 ).
779. *Stipes Pappi* ( 548 ) filum elevans connectensque pappum & semen. Unde.
780. *Stipitatus* Pappus stipite ( 779 ) instructus, non sessilis ( 722 ).
781. *Stipula* Foliorum, s. Squamula, basi petiolorum enascentium ubique adstans. Fulcri ( 351 ) species.
782. *Stipulares* Glandulæ ( 356 ) stipulis insertæ.
783. *Stipularis* Gemma ( 344 ), ex stipulis ( 781 ) confecta.
784. *Stipulatio*, Stipularum ( 781 ) situs & structura ad basin foliorum.
785. *Stipulatus* Caulis, stipulis ( 781 ) notatus.
786. *Stolones*, nova plantarum soboles, è radicibus fructificantes, per quas plantæ quoque multiplicantur. *Ajuga*, *Viola odorata*.
787. *Stoloniferus* Caulis, turiones ( 861 ) ad radicem emittens.
788. *Striatum* Folium, lineis superficialibus excavatis parallelis inscriptum.
789. *Striatus* Caulis, lineis tenuissimis excavatis longitudinalibus.
790. *Stricta* Panicula ( 543 ) pedunculis pedicellisque rigidiusculis oppositis; laxa ( 450 ).
791. *Strictum* Folium omnino perpendiculare absque flexura.
792. *Strictus* Caulis, rectus, perpendicularis, non flexuosus.
793. *Strige* Pili rigidiusculi, planiusculi.
794. *Strigosum* Folium, aculeis lanceolatis, rigidis in superficie.
795. *Strobilus*, Pericarpium ( 573 ) imbricatum, ex amento ( 29 ) coarctato factum, squamis induratis, *Pinus*.
796. *Stylus*, Pars pistilli ( 598 ) intermedia, elevans stigma ( 775 ) à germine ( 351 ) situ, divisione & figurâ differt.
797. *Subalve*, Folium axillare ( 73 ).
798. *Subcordatum* Folium, ad hanc figuram; ( 192 ) fere accedens.
799. *Subdivisus* Caulis, in ramos absque ordine.
800. *Suberosus* Caulis, cortice exteriori molliore, sed elastico indutus.
801. *Submersum* Folium, intra aquæ superficiem absconditum.
802. *Subovatum* Folium, ad ovatam figuram ( 533 ) subaccedens.
803. *Subramosus* Caulis, ramis paucissimis lateralibus.
804. *Subrotundum* Capitulum ( 118 ) fere globosum.
805. *Subrotundum* Folium, cujus figura orbiculato ( 527 ) proximè accedit.
806. *Substantia* Folii, consideratur secundum latera ( 478, 706, 353, 235, 165, 166, 155, 630, 122, 6, 270, &c.
807. *Subulatum* Folium ad basin lineare ( 458 ) versus apicem sensim attenuatum.
808. *Succulenta* Drupa ( 272 ) humorem continens. *Prunus*.

809. *Suffruticosus* Caulis, basi permanens, ramis quotannis marcescens.
810. *Sulcatum* Folium, disco (257) lineis profundis excavatum.
811. *Superficies* Folii, paginam (534) supinam (superiorem) vel pronam (inferiorem) tegit, communiter prima coelum, secunda terram spectat (504, 500, 355, 148, 497, 840, 839, 845).
812. *Superum* Germen (351), corollâ inclusum.
813. *Superus* Flos, calyx cui germen sub receptraculo f. cuius calyx abit in fructum. *Tourn.*
814. *Supradecompositum* Folium, cum petiolus aliquoties (bis-ter) divisus, adnectit plurima foliola (818, 848, 841).
815. *Surculus*, Caulis species in Muscis, reptans, procumbens vel erigens; expansione continuo multiplicatur (568, 569, 393).

## T

816. *Teres* Caulis, cylindricus (209 in not.) f. angulis destitutus.
817. *Teres* Folium, quod maximâ ex parte cylindricum.
818. *Tergeminum* Folium (842), petiolus bifidus utroque apice foliola duo ferens, & insuper foliola duo ad divaricationem petioli communis.
819. *Terminalis* Arista (54) apici glumæ adfixa.
820. *Terminalis* Pedunculus, f. flos ad apicem caulis f. rami positus.
821. *Terna* Folia (89).
822. *Ternatum* Folium, est digitatum (247) foliolis tantum tribus. Estque foliolis sessilibus vel petiolatis.
823. *Tessellata* Folia, coloratum Species (148) maculis quadrangularibus discoloribus picta.
824. *Tetragonus* Caulis (827).
825. *Thalamus*, Receptraculum (651).
826. *Thyrsus*, Panicula (543) coarctata in formam ovatam, *Syringa* T. *Petasites*.
827. *Tomentosum* Folium, villis intertextis (828) obductum.
828. *Tomentum*, Species pubis (628) villi intertexti vix conspicui.
829. *Torosa* Siliqua (729); *Torulofum* Pericarpium, prominentis hinc inde gibba.
830. *Torsio*, *Intorsio*, *Contorsio* (183), Flexio partium Plantæ, versus alterum laus (681, 682, 910, 908, 909, 186.)
831. *Tortilis* Arista (54) funis instar flexa. *Avena*.
832. *Transversum* Dissepimentum (886).
833. *Trapeziforme* Folium, Quadrangulare, lateribus inter se inæqualibus.
834. *Triangulare* Folium, angulis tribus prominentibus, Angulati Species (34).

835. *Triangularis* Caulis, *Quadrangularis* &c. à numero angulorum longitudinaliter prominentium.
836. *Tricoeca* Capsula (119), tribus nodis protuberans, intusque in tria loculamenta (463) divisa. *Euphorbia*.
837. *Trigonus* Caulis, pentagonus, tetragonus, hexagonus. Angulis tribus, quatuor, quinque, sex, proeminentibus. *Ancipitis* Species (31).
838. *Trilobum* Folium (462).
839. *Trinervatum* Folium, nervosum (497) tribus nervis, ponè basin folii concurrentibus.
840. *Trinerve* Folium, nervosum (497), tribus nervis in basi folii concurrentibus.
841. *Tripinnatum* Folium (843) cùm petiolus communis adfigit plura foliola bipinnata (92).
842. *Triplicato-geminatum* (818).
843. *Triplicato-pinnatum* (841).
844. *Triplicato-ternatum* (848).
845. *Triplinerve* Folium, nervosum (497) tribus nervis, supra basin concurrentibus.
846. *Triquetet* Culmus, lateribus tribus exactè planis.
*Sinapis Rapi folio. Bauh. pin.* 99. *Tourn.* 227.  
*Sinapi sativum prius. Dod. pempt.* 706.  
*Habitat in aggeribus ruderatis Europæ septentrionalioris.* ☿ *Parif. lugd. suec. burg. pal.*
6. *SINAPIS Pyrenaïca*. S. filiquis striatis, scabris; foliis runcinatis, lævibus.  
*Erysimum Dentis leonis folio, perenne, Pyrenaïcum. Tourn.* 228.  
*Habitat in Pyrenæis; in alpihus Delphinalibus.* ☿  
 Flores racemosi, parvi, lutei.
10. *SINAPIS erucoïdes*. S. filiquis lævibus æqualibus; foliis lyratis, oblongis, glabris; caule scabro. *Jacq. hort.* t. 170.  
*Sinapi Hispanicum, pumilum, album. Tourn.* 227.  
*Eruca sylvestris, flore albo, Italica. Barr. ic.* 132.  
*Habitat in Italia, Delphinaru ad vias.* ☉
12. *SINAPIS incana*. S. filiquis racemo adpressis, lævibus; foliis inferioribus lyratis, scabris; summis lanceolatis; caule scabro.  
*Erysimum foliis subincanis, filiquis brevissimis. Herm. parad.* 115. t. 115. *Vaill. par.* 51.  
*Habitat in Gallia, Helvetia.* ♂
1. *RAPHANUS sativus*. R. filiquis teretibus, torosis, bilocularibus. 886.  
*R. major orbicularis seu rotundus. Bauh. pin.* 96. *Tourn.* 229.  
*R. five radícula sativa. Dod. pempt.* 676.

## 396 TETRADYNAMIA SILIQUOSA.

- Gen. *Raphanus minor oblongus*. *Bauh. pin.* 96. *Blackw. t.* 81.  
*Tourn.* 229.  
*Radicula fativa minor*. *Dod. pempt.* 676.  
*Habitat in China.* ☉ ♂
3. *RAPHANUS Raphanistrum*. R. filiquis teretibus, articulatis; lævibus, unilocularibus.  
*Raphanistrum*, filiquâ articulatâ, glabrâ, majore & minore.  
*Tourn.* 230. *Morif. hist.* 2. p. 265.  
*Rapistrum flore albo*, filiquâ articulatâ. *Bauh. pin.* 95.  
*Rapistrum flore albo*, striato. *J. Bauh. hist.* 2. p. 851.  
*Rapistrum flore albo*, lineis nigris, depicto. *Bauh. pin.* 95.  
*Habitat inter segetes Europæ.* Maio. *Succ. parif. monsp. ged. pal. lugd. burg. lith.*
887. 2. *BUNIAS Erucago*. B. filiculis tetragonis, angulis bicristatis.  
*Jacq. austr. t.* 340.  
*Erucago segetum*. *Tourn.* 232.  
*Eruca Monspelica*, filiquâ quadrangulâ, echinatâ. *Bauh. pin.* 99. *prodr.* 41. t. 41.  
*Habitat Monspelii in agris humidiusculis.* ☉ *Delph. lugd.*
5. *BRUNIAS Cakile*. B. filiculis ovatis, lævibus, ancipitibus.  
*Kniph. cent.* 8. n. 18.  
*Kakile maritima*, ampliore (& angustiore folio). *Tourn. cor.* 49.  
*Eruca maritima*, Italica; filiquâ hastæ cuspidi simili. *Bauh. pin.* 99.  
*Cakile seu Eruca marina*, latifolia. *J. Bauh. hist.* 2. p. 863.  
*Habitat in Europæ, Africæ, Americæ maritimis.* ☉ *Monsp. succ. norv.*
888. 1. *ISATIS tinctoria*. I. foliis radicalibus crenatis; caulinis fagittatis; filiculis oblongis.  
 I. fativa vel latifolia. *Bauh. pin.* 113. *Tourn.* 211.  
 I. fativa. *Dod. pempt.* 79.  
 I. sylvestris f. angustifolia. *Bauh. pin.* 113. *Tourn.* 211.  
 I. sylvestris. *Dod. pempt.* 79.  
*Habitat ad littora maris Baltici & Oceani Europæ, ad vias Helvetiæ, &c.* Maio. ♂ *Succ. parif. austr. pal. delph. burg.*
889. 1. *CRAMBE maritima*. C. foliis cauleque glabris. *Fl. dan.* 316.  
 C. maritima, Brassicæ folio. *Tourn.* 211.  
*Brassica maritima monospermos.* *Bauh. pin.* 112.  
*Brassica marina sylvestris*, multiflora, monospermos. *Lob. ic.* 245.

*Habitat ad littora Oceani septentrionalis.* ¶

Folia cordata, crispa, carnosâ.

3. CRAMBE *Hispanica*. C. foliis cauleque scabris. *Kniph. cent. 10. n. 29.*

Rapistrum maximum, rotundifolium, monospermum. *Morif. hist. 2. p. 266. f. 3. t. 13. f. 1. Tourn. 211.*

Rapistrum maximum monospermum, gemmâ luteâ, florâ niveo. *Barr. ic. 387.*

*Habitat in Hispania.* ○

Folia subcordata, crenatâ, scabra.

13. CLEOME *ornithopodioides*. C. floribus hexandris; foliis ternatis; foliolis ovali-lanceolatis. 890

Sinapistrum Orientale triphyllum, ornithopodii siliquis. *Tourn. 231. Dill. elth. t. 266. f. 345.*

*Habitat circa Peram in agris.* ○

14. CLEOME *violacea*. C. floribus hexandris; foliis ternatis; solitariisque; foliolis lanceolato-linearibus, integerrimis.

Sinapistrum Lusitanicum, triphyllum; flore rubro; siliquis corniculatis. *Tourn. 232.*

Trifolium siliquosum, flore violaceo, Lusitanicum. *Barr. ic. 866.*

*Var.* Sinapistrum peregrinum, alterum; flore luteo. *Barr. ic. 865.*

*Habitat in Lusitania.* ○



## CLASSIS XVI.

## MONADELPHIA

## DECANDRIA.

897. GERANIUM.

Monogyna. *Caps.* 5-cocca ros-  
trata.

## POLYANDRIA.

902. SIDA.

Submonogyna. *Cal.* simplex  
angulatus. *Caps.* locularis,  
1-sperma.

910. GOSSYPIUM.

Monogyna. *Cal.* exter. 3-fidus.  
*Caps.* locularis, polysper-  
ma, coadunata.

907. LAVATERA.

Polygyna. *Cal.* exter. 3-fidus.  
*Arilli* 1-spermi, verticillati.

906. MALVA.

Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyl-  
lus. *Arilli* 1-spermi, verti-  
cillati, plures.

908. MALOPE.

Polygyna. *Cal.* exter. 3-phyl-  
lus. *Arilli* 1-spermi, con-  
glomerati.

905. ALCEA.

Polygyna. *Cal.* exter. 6-fidus.  
*Arilli* 1-spermi, plures.

911. HIBISCUS.

Monogyna. *Cal.* exter. 8-fidus.  
*Caps.* loculis polyspermis,  
coadunatis.

904. ALTHÆA.

Polygyna. *Cal.* exter. 9-fidus.  
*Arilli* 1-spermi, verticillati.



## MONADELPHIA

## DECANDRIA.

## GERANIUM.

\* AFRICANA. STAMINIBUS 7 ANTHERIFERIS ; FOLIIS  
ALTERNIS ; PEDUNCULIS MULTIFLORIS ; FRUTICOSA.

1. GERANIUM *fulgidum*. G. calycibus monophyllis ; foliis tripartitis , incisus , laciniâ intermediâ majore ; umbellis geminis ; caule fruticoso , carnoso. Gen. 897

G. Africanum ; folio alcæ ; flore coccineo fulgidissimo. *Dill. elth. t. 130. f. 137.*

*Habitat in Æthiopia.* ☞

2. GERANIUM *inquinans*. G. calycibus monophyllis , foliis orbiculato-reniformibus , tomentosis , crenatis , integriusculis ; caule fruticoso.

G. Africanum arborescens ; Malvæ folio pingui ; flore coccineo. *Dill. elth. 151. t. 125. f. 151. 152.*

*Habitat in Africa.* ☞

4. GERANIUM *acetosum*. G. calycibus monophyllis ; foliis glabris , obovatis , carnosis , crenatis ; caule fruticoso , laxo. *Kniph. cent. 11. n. 28.*

G. Africanum frutescens ; folio crasso & glauco ; acetosæ sapore. *Comm. præl. 55. t. 4.*

*Habitat in Africa.* ☞

5. GERANIUM *Papilionaceum*. G. calycibus monophyllis ; corollis papilionaceis ; alis carinaque minutis ; foliis angulatis ; caule fruticoso. *Kniph. cent. 7. n. 27.*

G. Africanum arborescens ; flore velut dipetalo eleganter variegato. *Dill. elth. t. 128. f. 155.*

*Habitat in Africa.* ☞

Petala tria inferiora , calycinis foliolis minora.

10. GERANIUM *cuculatum*. G. calycibus monophyllis ; foliis cucularis , dentatis ; caule fruticoso.

G. Africanum arborescens ; foliis cucularis , angulosis. *Dill. elth. t. 129. f. 156.*

*Habitat in Africa.* ☞

Gen.

13. GERANIUM *peltatum*. G. calycibus monophyllis; foliis quinque lobis, integerrimis, glabris, subpeltatis; caule fruticoso. *Kniph. cent. 6. n. 43.*

G. Africanum, foliis inferioribus Afari; superioribus Staphisagriae, maculatis, splendentibus, & acetosæ sapore. *Comm. præl. 52. t. 2.*

*Habitat in Africa.* ☞ Planta procumbens.

14. GERANIUM *Zonale*. G. calycibus monophyllis; foliis cordato-orbiculatis, incis, zonâ notatis; caule fruticoso.

G. Africanum, Betonicæ folio laciniato & maculato; flore incarnato. *Tourn. 269.*

*Habitat in Africa.* ☞

15. GERANIUM *vitifolium*. G. calycibus monophyllis; foliis ascendentibus, lobatis, pubescentibus; floribus capitatis; caule fruticoso.

G. Africanum arborescens, Vitis folio; odore Melissæ: *Dill. elth. 152. t. 126. f. 153.*

*Habitat in Africa.* ☞

\*\* STAMINIBUS 7 ANTHERIFERIS. FOLIIS OPPOSITIS.  
HERBACEA.

21. GERANIUM *odoratissimum*. G. calycibus monophyllis; caule carnosissimo; ramis herbaceis, longis; foliis cordatis, mollissimis.

G. Africanum humile, folio fragrantissimo, molli. *Dill. elth. 157. t. 131. f. 138.*

*Habitat in Africa.* ☞

30. GERANIUM *triste*. G. calycibus monophyllis, sessilibus; scapis bifidis, monophyllis. *Kniph. cent. 7. p. 29.*

G. triste, five Indicum noctuolens. *Tourn. 270.*

*Habitat ad Cap. b. Spei.* ☞

Radix ruberofa; folia pinnatifida, petala viridi-luteo-pallida.

\*\*\* MYRRHINA. STAMINIBUS 5-ANTHERIFERIS. CAL-  
5-PHYLLIS. FRUCTUS DECLINATI.

32. GERANIUM *cicutarium*. G. pedunculis multifloris; floribus pentandris; foliis pinnatis, incis, obtusis; caule ramoso.

G. Cicutæ folio, minus & supinum. *Bauh. pin. 319. Tourn. 269.*

G. supinum. *Dod. pempt. 63.*

*Habitat in Europæ sterilibus, cultis, Maio.* ☉ *Succ. parif. pal. lugd. burg. lith.*

35. GERANIUM

39. GERANIUM *malachoides*. G. pedunculis multifloris; floribus pentandris; foliis cordatis, sublobatis.

G. folio Malvæ. *Bauh. pin.* 318. *Tourn.* 268.

G. malachoides. *Lob. ic.* 662.

*Habitat in maritimis Italiæ, Angliæ, Galliæ Narbonensis.* ☉

40. GERANIUM *ciconium*. G. pedunculis multifloris; floribus pentandris; foliis pinnatifidis, obtusis. *Jacq. hort.* t. 18.

*Kniph. cent.* 11. n. 49.

G. Cicuræ folio, acu longissimâ. *Bauh. pin.* 319. *prodr.* 132.

G. apulum, Coriandri folio, alterum, odorum. *Col. ephr.* part. 1. p. 135.

*Habitat in Italia, Helvetia, Gallia Narbonensi; Delphinatu.* ☉

\*\*\*\* BATRACHIA STAMINIBUS DECEM ANTHERIFERIS.

41. GERANIUM *Pyrenaicum*. G. pedunculis bifloris; floribus pentandris; petalis bilobis; calycibus apice glandulosis; antheris exterioribus, sterilibus.

G. pedunculis bifloris; foliis multifidis; laciniis obtusis, inæqualibus; petalis bifidis. *Burm. ger.* 27. *Gerardi prov.* 434. t. 16. f. 2.

G. columbinum, perenne, Pyrenaicum, maximum. *Tourn.* 268.

*Habitat in Pyrenæis, Anglia.* ☿ *Delph. lugd.*

44. GERANIUM *phaeum*. G. pedunculis solitariis, oppositifoliis; calycibus subaristatis; caule erecto; petalis undulatis.

G. phæum sive fuscum, petalis reflexis. *Tourn.* 267. *Morif. hist.* 2. p. 515.

β. G. batrachioides hirsutum; flore atro-rubente. *Bauh. pin.* 318.

G. i. pullo flore. *Clus. hist.* 2. p. 99.

*Habitat in alpebus Pannonicis, Helveticis, Styriacis.* ☿ *Delph. lugd.*

45. GERANIUM *fuscum*. G. pedunculis bifloris, oppositifoliis, geminis; caule patulo; petalis integerrimis.

G. phæum sive fuscum, petalis rectis seu planis. *Tourn.* 267.

G. montanum fuscum. *Bauh. pin.* 318.

*Habitat in Europa australi.* ☿ *Lugd.*

47. GERANIUM *nodosum*. G. pedunculis bifloris; petalis emarginatis; foliis caulinis, trilobis, integris, serratis, fibris lucidis.

G. nodosum. *Bauh. pin.* 318. *Tourn.* 267.

G. quintum & sextum, Plateau. *Clus. hist.* 2. p. 101.

*Habitat in Delphinatu.* ☿ *Delph. lugd.*

## 402 MONADELPHIA DECANDRIA.

Gen.

49. GERANIUM *sylvaticum*. G. pedunculis bifloris; foliis subpeltatis, quinquelobis, inciso-serratis; caule erecto; petalis emarginatis. *Fl. dan.* t. 124.

G. batrachioides, folio Aconiti. *Bauh. pin.* 317. *Tourn.* 266.

G. secundum, batrachioides, minus. *Clus. hist.* 2. p. 99.

Habitat in Europæ borealis sylvis.  $\Psi$  Succ. lith.

50. GERANIUM *palustre*. G. pedunculis bifloris, longissimis, declinatis; foliis quinquelobis, incis; petalis integris.

*Fl. dan.* n. 396. *Kniph. cent.* 11. n. 34.

G. batrachioides palustre; flore sanguineo. *Dill. app.* 55.

*Eth.* 160. t. 134. f. 161.

Habitat in Russia, Germania. Julio.  $\Psi$  Ged. pal.

51. GERANIUM *pratense*. G. pedunculis bifloris; foliis subpeltatis, multipartitis, rugosis, acutis; petalis integris.

*Kniph. cent.* 5. n. 36.

G. batrachioides, gratia Dei, Germanorum. *Bauh. pin.* 318.

*Tourn.* 267.

G. 3. batrachioides, majus. *Clus. hist.* 2. p. 100.

Habitat in Europæ borealis pratis. Julio.  $\Psi$  Delph. lith. succ. lugd.

52. GERANIUM *argenteum*. G. pedunculis bifloris; foliis subpeltatis, septempartitis, trifidis, tomentoso-sericeis; petalis emarginatis.

Geranium argenteum Alpinum. *Bauh. pin.* 318. *Tourn.* 267.

*Pluk. phyt.* 186. f. 3. longius radicatum. *Pon. bald.* 341.

t. 342. *Segu. ver.* 1. p. 471. t. 10.

G. argenteum montis Baldi. *J. Bauh. hist.* 3. p. 474.

Habitat in Baldi summis rupibus, & in alpebus Delphinalibus.  $\Psi$

\*\*\*\*\* STAMINEUS 10-ANTHERIFERIS. PEDUNCULIS BIFLORIS.  $\odot$

55. GERANIUM *robertianum*. G. pedunculis bifloris; calycibus pilosis, decemangulatis. *Fl. dan.* t. 694. *Blackw. t.* 480.

G. robertianum primum. *Bauh. pin.* 319.

Rubens & viride. *Tourn.* 268.

Geranium robertianum. *Dod. pempt.* 62.

Habitat in Europæ borealis rupibus, etiam in Arabia felici. Junio.

$\Psi$  Ged. pal. lith. burg. lugd. succ. paris.

56. GERANIUM *lucidum*. G. pedunculis bifloris; calycibus pyramidatis, angulatis, elevato-rugosis; foliis quinquelobis, rotundatis. *Fl. dan.* t. 218.

G. lucidum, saxatile. *Bauh. pin.* 318. *Tourn.* 267.

G. saxatile. *Thal. harc.* 44. t. 5.

Habitat in Europæ rupibus umbrosis. Junio.  $\odot$  Succ. paris. mont. pal. delph. lugd.

57. GERANIUM *molle*. G. pedunculis bifloris, foliisque floralibus alternis; petalis bifidis; calycibus muticis; caule erectiusculo. *Fl. dan.* t. 673.

G. columbinum minus, majori flore, & foliis florum bifidis. *Tourn.* 268.

G. columbinum villosum; petalis bifidis, purpureis. *Vaill. parif.* 79. t. 15. f. 3.

*Habitat in Europa ad plateas.* Junio. ☉ *Burg. delph. parif. lugd.*

59. GERANIUM *columbinum*. G. pedunculis bifloris; folio longioribus; foliis quinquepartito-multifidis; arillis glabris; calycibus aristatis.

G. columbinum; foliis dissectis, pediculis florum longissimis. *Tourn.* 268. *Vaill. parif.* 79. t. 15. f. 4.

*Habitat in Gallia, Helvetia, Germania.* Junio. *Succ. parif. god. pal. burg. lith. lugd. delph.*

61. GERANIUM *dissectum*. G. pedunculis bifloris; foliis quinquepartito-trifidis; petalis emarginatis, longitudine calycis; arillis villosis.

G. columbinum maximum, foliis dissectis. *Tourn.* 268.

G. majus; foliis imis, longis, ad usque pediculum divisis. *Vaill. parif.* t. 15. f. 2.

*Habitat in Europa australiore.* Junio. ☉ *Succ. pal. delph. lugd.*

62. GERANIUM *rotundifolium*. G. pedunculis bifloris; petalis subintegris, longitudine calycis; caule prostrato; foliis reniformibus, incis. *Succ. parif. god. pal. burg. lith. lugd. delph.*

G. folio Malvæ rotundo. *Bauh. pin.* 328. *Tourn.* 268.

G. columbinum majus, flore minore cæruleo. *Vaill. parif.* 79. t. 15. f. 1.

*Habitat in Europæ cultis.* Junio. ☉ *Burg. lith. delph. succ. parif. lugd.*

63. GERANIUM *pufillum*. G. pedunculis bifloris; petalis emarginatis; caule depresso; foliis reniformibus, palmatis, linearibus, acutis.

G. columbinum; tenuius laciniatum. *Bauh. pin.* 328. *prodr.* 138. *Tourn.* 268.

G. columbinum humile; flore cæruleo minimo. *Rai. angl.* 3. p. 359. t. 16. f. 2.

*Habitat in Anglia, Gallia, Germania, Helvetia.* ☉ *Delph. lugd.*

## 404 MONADELPHIA POLYANDRIA.

Gen.

\*\*\*\*\* STAMINIBUS 10-ANTHERIFERIS.  
PEDUNCULIS 1-FLORIS.

65. GERANIUM *sanguineum*. G. pedunculis unifloris; foliis quinquepartitis, trifidis, orbiculatis. *Kniph. cent.* 7. n. 28.  
G. *sanguineum*, maximo flore. *Bauh. pin.* 318. *Tourn.* 267.  
G. *septimum hæmethodes*. *Clus. hist.* 2. p. 202.  
G. *columbinum erectum*, tenuius laciniatum; flore magno.  
*Loef. pruss.* 103. n. 18.

6. G. *hæmethodes Lancastriense*, flore eleganter striato. *Dill. elth.* 163. t. 136. f. 163. *Barrel. ic.* 67.

*Habitat in Europæ pratis siccis, umbrosis.* *Maio. T. Ged. pal. burg. lith. lugd. delph. paris.*

## POLYANDRIA.

902.

1. SIDA *spinosa*. S. foliis cordato-oblongis, serratis; stipulis fetaceis; axillis subspinosis.

*Althæa Carpini folio*; flosculis luteis. *Bocc. sic.* II. t. 2.

*Sida Canadensis*, *Mori folio*; femine cum gemino rostro.

*Tourn.* 196.

*Althæa Virginiana*, *bidens*; *Pimpinellæ majoris acutiore folio*; flosculis minimis, luteis. *Pluk. alm.* 25. t. 9. f. 6.

*Habitat in India utraque.* ☉

3. SIDA *rhombifolia*. S. foliis lanceolato-romboïdibus, serratis; axillis subspinosis. *Kniph. cent.* 8. n. 84.

*Malvinda unicornis*, folio romboïde, perennis. *Dill. elth.* t. 172. f. 212.

*Habitat in India utraque.* ☉

4. SIDA *cristata*. S. foliis angulatis; inferioribus cordatis; superioribus panduriformibus; capsulis multilocularibus. *Kniph. cent.* 2. n. 85.

*Abutilon*, *Lavateræ flore*, fructu cristato. *Dill. elth.* t. 2. f. 2.

*Habitat in Mexico.* ☉

7. SIDA *Abutilon*. S. foliis subrotundo-cordatis, indivisis; pedunculis brevioribus; capsulis multilocularibus; corniculis bifidis. *Kniph. cent.* 4. n. 79.

*Althæa Theophrasti*, flore luteo. *Bauh. pin.* 316.

*Habitat in Indiis, Helvetia, Sibiria.* ☉

905:

1. ALTHÆA *officinalis*. A. foliis simplicibus, tomentosis. *Fl. dan.* t. 530.

A. *Dioscoridis & Plinii*. *Bauh. pin.* 315. *Tourn.* 97.

*Althæa hibiscus*, *Dod. pempt.* 655.

MONADELPHIA POLYANDRIA. 405

*Habitat in Hollandiæ, Angliæ, Galliæ, Sibiria, &c. subhumidis.*  
*Julio. ℥ Paris. burg. lugd.*

Gen

2. *ALTHÆA cannabina*. A. foliis inferioribus, palmatis; superioribus digitatis. *Jacq. austr. t. 101.*

*Alcea cannabina. Bauh. pin. 316. Tourn. 98.*

*Alcea fruticosa, cannabino folio. Clus. hist. 2. p. 25.*

*Habitat in Hungaria, Italia, G. Narbonensi, ad sylvarum margines. ℥ Monsp. burg.*

3. *ALTHÆA hirsuta*. A. foliis trifidis, piloso-hispidis, supra glabris; pedunculis solitariis, unifloris. *Jacq. austr. t. 170.*

*Alcea hirsuta. Bauh. pin. 317. Tourn. 98.*

*Alcea villosa. Dalech. lugd. 594.*

*Alcea hirsuta minima, flore cælio, Hispanica. Barr. ic. 1169.*

*Habitat in Galliæ, Italiæ, Hispaniæ, Austriæ sepibus. Julio. Paris. Monsp. pal. Delph. Lugd. burg.*

1. *ALCEA rosea*. A. foliis sinuato-angulosis.

*Malva rosea, folio subrotundo. Bauh. pin. 315. Tourn. 94.*

& 12 varietates.

*Malva hortensis. Dod. pempt. 652.*

*Habitat in Oriente. ♂*

2. *ALCEA ficifolia*. A. foliis palmatis.

*Malva rosea, folio Ficus. Bauh. pin. 315.*

*Alcea rosea, hortensis, maxima, folio Ficus. Tourn. 98. cum quinque varietatibus.*

*Malva rosea simplex, peregrina. Tabern. hist. 315.*

*Habitat in Sibiria; ♂ vix sufficienter à præcedente distincta.*

905

M A L V A.

\* F O L I I S I N D I V I S I S.

4. *MALVA Coromandeliana*. M. foliis ovato-oblongis, acutis; floribus glomeratis; arillis denis, tricuspидatis.

*Althæa Coromandeliana, angustis, prælongis foliis; femine bicorni. Pluk. mant. 10.*

*Habitat in America. ○*

906

\*\* F O L I I S A N G U L A T I S.

6. *MALVA Peruviana*. M. caule erecto herbaceo; foliis palmatis; spicis secundis, axillaribus; seminibus denticulatis.

*Jacq. hort. t. 156. Kniph. cent. 7. n. 52.*

*Habitat in Peru. ○ Corollæ purpureæ.*

8. *MALVA byonifolia*. M. caule fruticoso, tomentoso; foliis pinnatis, scabris; pedunculis multifloris.

## 406 MONADELPHIA POLYANDRIA.

Gen.

*Althæa frutescens*, *Bryoniae folio*. *Bauh. pin.* 315. *prodr.* 138.  
*Althæa profundè serrato*, seu *dentato folio*. *J. Bauh. hist.* 2.  
 p. 955.

*Habitat in Hispania*. ☿ *Planta bellè echinata per discum fo-*  
*liorum.*

9. *MALVA Capensis*. *M. caule arborecente*; *foliis cordatis*,  
*quinqvelobis.*

*M. Capensis frutescens*, *Grossulariæ folio minori*, *glabro.*  
*Dill. lith.* 169. f. 206. & *folio majori hirsuto.* t. 169.  
 f. 207.

*Habitat in Æthiopia*. ☿ *Corollæ rubræ.*

11. *MALVA parviflora*. *M. caule patulo*; *foliis angulatis*; *flo-*  
*ribus axillaribus*, *sessilibus*, *glomeratis*; *calycibus glabris*,  
*patentibus.* *Jacq. hort.* t. 39.

*M. Tingitana*, *flore cæruleo*, *parva.* *Pluk. phyt.* 44. f. 2.

*Habitat in Barbaria.* ☉

12. *MALVA rotundifolia*. *M. caule prostrato*; *foliis cordato-*  
*orbiculatis*, *obsoletè quinqvelobis*; *pedunculis fructiferis*,  
*declinatis.* *Fl. dan.* t. 721.

*M. vulgaris*, *flore minore*; *folio rotundo.* *Tourn.* 95. *J. Bauh.*  
*hist.* 2. p. 949.

*M. sylvestris*, *folio subrotundo.* *Bauh. pin.* 314.

*Habitat in Europæ ruderatis*, *viis*, *plateis.* *Junio.* ☉ *Succ. paris.*  
*lugd. lith.*

14. *MALVA sylvestris*. *M. caule erecto*, *herbaceo*; *foliis*  
*septemlobatis*, *acutis*; *pedunculis petiolisque pilosis.*

*M. vulgaris*, *flore majore*; *folio sinuato.* *Tourn.* 95. *J. Bauh.*  
*hist.* 2. p. 949.

*M. sylvestris*, *folio sinuato.* *Bauh. pin.* 314.

*Habitat in Europæ campestribus.* *Junio.* *Ged. pal. burg. lugd. lith.*  
*succ. paris.*

18. *MALVA crispa*. *M. caule erecto*; *foliis angulatis*, *crispis*;  
*floribus axillaribus*, *glomeratis.*

*M. foliis crispis.* *Bauh. pin.* 315. *Tourn.* 95.

*M. crispatis oris.* *Lob. ic.* 651.

*Habitat in Syria*, *in Germania quasi spontè.* ☉ *Lith.*

19. *MALVA Alcea*. *M. caule erecto*; *foliis multipartitis*;  
*scabriusculis.*

*Alcea vulgaris*, *major.* *Bauh. pin.* 316. *Tourn.* 97.

*Alcea vulgaris.* *J. Bauh. hist.* 2. p. 953. *Dod. pempt.* 656.

*Habitat in Germania*, *Anglia*, *Gallia.* *Junio.* ☿ *Succ. paris. ged.*  
*pal. lith. burg. lugd.*



MONADELPHIA POLYANDRIA. 407

20. MALVA *moschata*. M. caule erecto; foliis radicalibus, reniformibus, incisif; caulinis quinquepartitis, pinnato-multifidis. Gen.

Alcea, folio rotundo, laciniato. Bauh. pin. 316. Tourn. 97.  
Malva montana five Alcea rotundifolia, laciniata. Col. cephr. p. 1. 148.

Habitat in India, Gallia, Germania, &c. Junio. ♀ Succ. pal. burg. lugd. lith.

21. MALVA *Tournefortiana*. M. foliis radicalibus, quinquepartitis, trilobis, linearibus; pedunculis folio caulino longioribus; caule decumbente.

M. maritima Gallo-provincialis, Geranii folio. Tourn. 98.  
Alcea tenuifolia, humilis, maritima, Gallo-provincialis; foliis inferioribus ad Geranium accedentibus. Pluk. alm. 13. t. 44. f. 4.

Habitat in maritimis Gallo-provinciæ, Hispaniæ. ☉

LAVATERA.

\* CAULE FRUTICOSO.

1. LAVATERA *arborea*. L. caule arboreo; foliis septemangulatis, tomentosif, plicatis; pedunculis confertis, unifloris, axillaribus. 907.

Althæa maritima, arborea, Veneta. Tourn. 9.

Malva arborea, Veneta dicta, parvo flore. Bauh. pin. 315.

Malva arborefcens. Dod. pempt. 653. Camer. hort. 95.

Habitat inter Pifas & Liburnum. ♂

3. LAVATERA *olbia*. L. caule fruticoso; foliis quinquelobohastatis; floribus folitariis. Jacq. hort. t. 73.

Althæa frutescens, folio acuto; parvo flore. Bauh. pin. 316. Tourn. 97.

Althæa frutescens, folio acuto, virente, molli; flore speciofo. Pluk. phyt. S. f. 1.

Habitat in Olbia infulâ Gallo-provinciæ. ♀

4. LAVATERA *triloba*. L. caule fruticoso; foliis subcordatis, subtrilobis, rotundatis, crenatis; stipulis cordatis; pedunculis aggregatis, unifloris. Jacq. hort. t. 74.

Althæa frutescens, folio rotundiore, incano. Bauh. pin. 316. Tourn. 97. Barr. ic. 428.

Althæa fruticans Hispanica; aceris Monspessulani, incanis foliis, grandiflora, Saponem spirans. Pluk. alm. 24. t. 8. f. 3.

Habitat in Hispania, Gallia. ♀

Geni.

## \*\* CAULE HERBACEO.

7. *LAVATERA Thuringiaca*. L. caule herbaceo; fructibus denudatis; calycibus incis. *Jacq. austr. t. 311.*  
*Althæa Thuringiaca*. *Cam. hort. 1. t. 6.*  
*Althæa Thuringiaca*, grandiflora. *Dill. elth. 9. t. 8. f. 8.*  
*Althæa*, flore majore. *Bauh. pin. 316. Tourn. 97.*  
*Habitat in Pannonia, Tartaria, Suecia, Germania, &c. ad sepes.* ¶
9. *LAVATERA trimestris*. L. caule scabro, herbaceo; foliis lanceolatis; pedunculis unifloris; fructibus orbiculo testis. *Jacq. hort. t. 72. Kniph. cent. 8. n. 56.*  
*Malva trimestris*, flore cum unguibus purpureis. *Tourn. 96.*  
*Malva*, folio vario. *Bauh. pin. 315. prodr. 137. t. 137.*  
*Habitat in Syria, Hispania, G. Narbonensi.*
908. 1. *MALOPE malacoïdes*. M. foliis ovatis, crenatis, supra glabris. *Sabb. hort. 1. t. 50.*  
*Malacoïdes*, *Betonicæ folio*. *Tourn. 98.*  
*Alcea Betonicæ folio*; flore purpureo, violaceo. *Barr. ic. 1189.*  
*Habitat in Hetruriæ pratis & Mauritania.*
910. 1. *GOSSYPIUM herbaceum*. G. foliis quinquelobis, subtus eglandulosis; caule herbaceo, lævi. *Blackw. t. 354. Kniph. cent. 8. n. 47.*  
*Xylon seu Gossypium herbaceum*. *Tourn. 101.*  
*Gossypium frutescens*, femine albo. *Bauh. pin. 430.*  
*Habitat in America.* ☉
2. *GOSSYPIUM arboreum*. G. foliis palmatis; lobis lanceolatis; caule fruticoso.  
*Xylum arboreum*. *Tourn. 101.*  
*Gossypium arboreum*, caule lævi. *Bauh. pin. 430.*  
*G. herbaceum*, seu *Xylon*, *Maderaspatense*, rubicundo flore; pentaphyllum. *Pluk. alm. 172. t. 188. f. 3.*  
*Habitat in Indiæ arenosis.* ¶
911. 10. *HIBISCUS Malvaviscus*. H. foliis cordatis, crenatis; angulis lateralibus, extimis, parvis; caule arboreo. *Sabb. hort. 1. t. 54. Kniph. cent. 1. n. 31.*  
*Malvaviscus ardorefcens*, flore miniato, clauso. *Dill. elth. 210. t. 170. f. 208.*  
*Habitat in Mexico.* ¶

MONADELPHIA POLYANDRIA. 409

Gen.

12. HIBISCUS *Syriacus*. H. foliis cuneiformi-ovatis, supernè inciso-ferratis; caule arboreo. *Kniph. cent. 2. n. 32.*

*Ketmia Syrorum* quibusdam. *Tourn. 99.*

*Alcea arborescens*, *Syriaca*. *Bauh. pin. 316.*

*Althæa frutescens*, flore albo & rubro. *Barr. ic. 491.*

*Habitat in Syria, Carniolia.* ☿

15. HIBISCUS *cannabinus*. H. foliis ferratis, superioribus palmatis, quinquepartitis, subtus uniglandulosis; caule aculeato; floribus sessilibus.

*Ketmia Indica*, *Vitis folio*, magno flore. *Tourn. 100.*

*Ketmia Indica*, *Cannabinis folio*. *Burm. zeil. 134.*

*Habitat in India.* ☉

18. HIBISCUS *Abelmoschus*. H. foliis subpeltato-cordatis; septemangularibus, ferratis; caule hispido. *Burm. ind. 153.*

*Ketmia Egyptiaca*; semine moschato. *Tourn. 100. Burm. zeil. 134.*

*Alcea Egyptiaca*, villosa. *Bauh. pin. 317.*

*Habitat in Indiis.* ☿

26. HIBISCUS *Trionum*. H. foliis tripartitis, incisis; calycibus inflatis. *Sabb. hort. 1. t. 55.*

*Ketmia vesicaria*, vulgaris. *Tourn. 101.*

*Alcea vesicaria*. *Bauh. pin. 317. Dod. pempt. 657.*

*Habitat in Italia, Africa, Carniolia.* ☉





## CLASSIS XVII.

## DIADELPHIA

## HEXANDRIA.

920. FUMARIA.

*Cal.* 2-phyllus. *Cor.* ringens,  
 basi gibbosa, nectarifera. *Fi-*  
*lamenta* antheris 3.

## OCTANDRIA.

921. POLYGALA.

*Cal.* 2. laciniæ alæformes. *Cor.*  
 vexillum cylindricum. *Stam.*  
 connexa. *Caps.* obcordata,  
 2-ocularis.

## DECANDRIA.

\* *Stamina omnia connexa.*

929. SPARTIUM.

*Filam.* adhærentia germi. *Stig-*  
*ma* adnatum, villosum.

930. GENISTA.

*Pistillum* deprimens carinam.  
*Stigm.* involutum.

939. LUPINUS.

*Anthera* alternæ rotundæ: al-  
 ternæ oblongæ. *Legum.* coria-  
 ceum.

936. ANTHYLLIS.

*Cal.* turgidus, includens fili-  
 quam.

932. ULEX.

*Cal.* diphyllus. *Legum.* vix ca-  
 lyce longius.

935. ONONIS.

*Legum.* rhombeum, sessile.  
*Vexillum* striatum.

\*\* *Stigma pubescens.* (Nec priorum notæ.)

954. COLUTEA.

*Legum.* inflatum, supra basin  
 dehiscens.

940. PHASEOLUS.

*Carina* *Stylus*que spirales.

945. OROBUS.

*Stylus* linearis, teretiusculus,  
 supra villosus.

944. PISUM. *Stylus supra carinatus villosusque.*  
 946. LATHYRUS. *Stylus supra planus villosusque.*  
 949. VICIA. *Stylus sub stigmate barbatus.*

\*\*\* *Legumen subbiloculare (nec priorum.)*

965. ASTRAGALUS. *Legum. 2 - loculare , rotundatum.*  
 966. BISSERRULA. *Legum. 2 - loculare , planum , dentatum.*  
 964. PHACA. *Legum. femiloculare.*

\*\*\*\* *Legumina submonosperma (nec priorum.)*

967. PSORALEA. *Cal. punctis glandulosis.*  
 968. TRIFOLIUM. *Legum. vix calyce longius ; 1-f. 2-sperma. Flores capitati.*  
 955. GLYCYRRHIZA. *Cal. 2 - labiatus , superiore 3 - fido.*

\*\*\*\*\* *Legumen subarticulatum. (\*)*

661. HEDYSARUM. *Legum. articulis subrotundis ; compressis. Carina obtusissima.*  
 956. CORONILLA. *Legum. isthmis interceptum , rectum.*  
 957. ORNITHOPUS. *Legum. articulatum , arcuatum.*  
 959. SCORPIURUS. *Legum. isthmis interceptum , teretiusculum , involutum.*  
 958. HIPPOCREPIS. *Legum. compresso - membranaceum ; altera sutura emarginaturis ad medium excisa.*  
 971. MEDICAGO. *Legum. spirale , membranaceo - compressum. Pistillum carinam descedens.*

---

\* (\*) Umbellatæ : *Lotus* , *Coronilla* , *Ornithopus* , *Hippocrepis* , *Scorpiurus* .

\* \* \* \* \* *Legumen unilocare polyspermum*  
(nec priorum.)

- |                  |   |
|------------------|---|
| 970. TRIGONELLA. | <i>Vexillum Alaeque</i> patentes quasi tripetalæ. <i>Carina</i> minuta. |
| 953. ROBINIA.    | <i>Vexillum</i> reflexo-patens, subrotundum.                            |
| 949. CICER.      | <i>Calycis</i> 4. laciniaë superiores vexillo incumbentes.              |
| 948. ERVUM.      | <i>Cal.</i> 5 - partitus, subæqualis; longitudine ferè corollæ.         |
| 951. CYTISUS.    | <i>Legum.</i> pedicellatum. <i>Calix</i> bilabiatus.                    |
| 963. GALEGA.     | <i>Legum.</i> lineare striis oblique transversis.                       |
| 968. LOTUS.      | <i>Legum.</i> teres, sarctum seminibus cylindricis.                     |



## D I A D E L P H I A

## H E X A N D R I A .

## F U M A R I A .

## \* C O R O L L I S U N I C A L C A R A T I S .

4. FUMARIA *bulbosa*. F. caule simplici; bracteis longitudine florum. Gen. 920.  
*a.* Fumaria *bulbosa*, *cava*.  
 F. radice bulbosâ, cavâ; caule simplici bifolio; bracteis ovato-lanceolatis. *Hall. helv.* n. 348.  
 F. bulbosâ, radice cavâ, major. *Bauh. pin.* 543. *Tourn.* 422.  
 Radix cava. *Dod. pempt.* 327.  
*ß.* Fumaria *bulbosa*, *intermedia*.  
 F. radice bulbosâ, solidâ; caule simplici, multifolio; bracteis digitatis. *Hall. helv.* n. 349.  
 F. bulbosâ, radice non cavâ, minor. *Bauh. pin.* 144. *Tourn.* 422.  
 Radix cava, minor. *Dod. pempt.* 327.  
*γ.* Fumaria *bulbosa*, radice non cavâ, major. *Bauh. pin.* 144.  
*Knorr del.* 1. t. H. 9.  
 F. bulbosâ, radice solidâ, calcari & folio cristato. *J. Bauh. hist.* 3. p. 205.  
*Habitat in Europæ nemoribus & umbrosis. Aprili. ℥ Ged. lith. delph. burg. succ. lugd.*
7. FUMARIA *capnoïdes*. F. filiquis linearibus, tetragonis; caulibus diffusis, acutangulis. *Kniph. cent.* 11. n. 46.  
 F. sempervirens & florens; flore albo. *Herm. bat.*  
*Habitat in Helvetia, Gallia, Italia, Carniolia, in muris Gœtingæ. Weber specil.* p. 20. ☉
9. FUMARIA *officinalis*. F. pericarpis monospermis, racemosis, caule diffuso.  
 F. officinarum & Dioscoridis. *Bauh. pin.* 143. *Tourn.* 422.  
 Fumaria. *Dod. pempt.* 59.  
*Habitat in Europæ agris cultis. Maio. ☉ Lith. burg. l. gd. pal. succ. lugd.*
10. FUMARIA *capreolata*. F. pericarpis monospermis, racemosis; foliis scandentibus, subcirrhosis. *Fl. dan.* t. 340.

414 **DIADELPHIA OCTANDRIA.**

Gen.

*Fumaria viticulis & capreolis*, plantis vicinis adhærens. *Bauh.*  
*pin.* 143. *Tourn.* 422.

*Habitat in Gallia Narbonensi, Anglia, Dania.* ☉ *Delph. lugd.*  
*Simillima officinali.*

11. *FUMARIA spicata*. *F.* pericarpis monospermis, spicatis;  
caule erecto; foliis filiformibus.

*F.* minor, tenuifolia; caulibus procumbentibus & caducis.  
*Bauh. pin.* 194. *Tourn.* 422.

*Capnos tenuifolia.* *Clus. hist.* 2. p. 208.

*F.* tenuifolia, erecta, Hispanica, purpurea. *Barr. ic.* 41.

*Habitat in Hispania, G. Narbonensi, Veronæ ad agros, vias.*  
*Monsp. delph.*

12. *FUMARIA claviculata*. *F.* siliquis linearibus; foliis cir-  
rhiferis.

*F.* claviculis donata. *Bauh. pin.* 143. *Morif. hist.* 2. p. 266.  
*f.* 3. t. 12. f. 3.

*Fumaria cum capreolis.* *J. Bauh. hist.* 3. p. 204.

*Habitat in Angliæ locis uliginosis, saxosis, in Dania & in*  
*Gallia.*

**OCTANDRIA.****POLYGALA.**

\* *CRISTATI (FLORIBUS APPENDICE PENICILLIFORMI.)*

921.

5. *POLYGALA amara*. *P.* floribus cristatis, racemosis;  
caulibus erectiusculis; foliis radicalibus obovatis, majo-  
ribus,

*P.* vulgaris; foliis circa radicem rotundioribus; flore cæruleo,  
sapore admodum amaro. *Bauh. pin.* 215.

*P.* Buxi minoris folio. *Vaill. paris.* 161. t. 32. f. 2.

*Habitat in Galliæ, Austriæ subalpinis montosis.* *Junio. Vind.*  
*delph. lith. lugd.*

6. *POLYGALA vulgaris*. *P.* floribus cristatis, racemosis; cau-  
libus herbaceis, simplicibus, procumbentibus; foliis  
lineari-lanceolatis. *Fl. dan.* t. 516.

*P.* major. *Bauh. pin.* 215. *Tourn.* 174.

*P.* vulgaris major. *Clus. hist.* 1. p. 234. *Vaill. paris.* 161.  
t. 32. f. 1.

β. *P.* vulgaris. *Bauh. pin.* 215. *Tourn.* 174.

*Habitat in Europæ pratis, & pascuis siccis.* *Maior. T. Ged. pal.*  
*burg. lith. lugd.*



7. POLYGALA *Monspeliaca*. P. floribus cristatis, racemosis; caule erecto; foliis lanceolato-linearibus, acutis. P. acutioribus foliis, *Monspeliaca*. *Bauh. pin.* 207. *Tourn.* 174. *Orobrychis tertia*, purpurea. *Dalech. hist. lugd.* 491. *Habitat Monspeli in collibus sterilibus.* ☉ *Monsp. delph.*

\*\* IMBERBES (FLORES ABSQUE PENICILLO CARINALI)  
FRUTESCENTES.

20. POLYGALA *Chamaebuxus*. P. floribus imberbibus, sparsis; carinâ apice subrotundo; caule fruticoso; foliis lanceolatis. *Jacq. austr.* t. 233. P. fruticosa, *Buxi folio*; flore flavescente. *Tourn.* 175. *Chamaebuxus*, flore *Coluteæ*. *Bauh. pin.* 471. *Anonymos flore Coluteæ*. *Clus. hist.* p. 105, bona. *Myrthi & Chamæleæ media plantula*. *Barr. ic.* 538. *Habitat in Austria, Helvetiæ, Alsatia, montanis. Etiam in Germania. Delph.*

DECANDRIA.

SPARTIUM.

\* FOLIIS SIMPLICIBUS.

1. SPARTIUM *junceum*. S. ramis oppositis, teretibus, apice floriferis; foliis lanceolatis. 929. *Genista juncea*. *J. Bauh. hist.* 1. p. 395. *Spartium arborescens*, feminibus *Lenti similibus*. *Bauh. pin.* 396. *Spartium Dioscorideum*, *Narbonense & Hispanicum*. *Lob. ic.* 91. *Habitat in G. Narbonensi, Italia, Sicilia, Turcia, Carniola.* ☿ *Monsp. burg. lugd.*
4. SPARTIUM *monospermum*. S. ramis striatis; racemis lateralibus; foliis lanceolatis. S. tertium, flore albo. *Bauh. pin.* 396. *Tourn.* 646. S. tertium *Hispanicum*. *Clus. hist.* 1. p. 103. *Habitat in Hispaniæ, Galliæ Narbonensis sterilibus.* ☿ Flores albi.
5. SPARTIUM *Sphaerocarpon*. S. ramis teretibus; foliis lanceolatis, sessilibus, subtus pubescentibus. S. alterum *Monospermum* semine reni simili. *Bauh. pin.* 306. *Tourn.* 646.

## 416 DIADELPHIA DECANDRIA.

Gen.

Spartium secundum, Hispanicum. *Clus. hist. 1. p. 102.**Habitat in Europa australi. ¶*

Similis præcedenti; flores lutei.

6. SPARTIUM *purgans*. S. ramis teretibus, striatis; foliis lanceolatis, subsessilibus, pubescentibus.Genista *purgans*. *Spec. plant.*Genista f. *Spartium purgans*. *J. Bauh. hist. 1. p. 404. Tourn. 644.**Habitat* Monspelii. ¶ *Monsp. lugd.*7. SPARTIUM *scorpius*. S. ramis spinosis, patentibus; foliis ovatis.Genista *Spartium spinosum*, majus, primum; flore luteo.*Bauh. pin. 394, & secundum & tertium ejusd. Tourn. 645.*Genista *Spartium*, spinosum, majus. *Lob. ic. 82.*Aspalathus alter, secundus & tertius. *Clus. hist. 1. p. 106.**Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania. ¶*

## \* \* FOLIIS TERNATIS.

10. SPARTIUM *complicatum*. S. foliis ternatis: foliolis conduplicatis; caulibus inermibus, prostratis, glabris; leguminibus scabris.Cytisus, foliis incanis, angustis, quasi complicatis. *Bauh. pin. 390. Tourn. 648.*Cytisus secundus. *Clus. hist. 1. p. 94.**Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania. ¶*11. SPARTIUM *scoparium*. S. foliis ternatis, solitariisque, ramis inermibus, angulatis. *Oed. dan. t. 313.*Genista angulosa & scoparia. *Bauh. pin. 395.**Habitat in Europæ australioris arenosis. Maio. ¶ Suec. ged. pal. burg. lugd.*13. SPARTIUM *spinosum*. S. foliis ternatis; ramis angulatis, spinosis.Cytisus spinosus. *Tourn. 648.*Acacia trifolia. *Bauh. pin. 392.*Acacia altera. *Dod. pempt. 753.**Habitat in maritimis Gallie Narbonensis. ¶*

## G E N I S T A.

## \* I N E R M E S.

930.

1. GENISTA *Canariensis*, G. foliis ternatis, utrinque pubescentibus; ramis angulatis.Cytisus minoribus foliis; ramulis tenellis, villosis. *Bauh. pin. 390. Tourn. 647.*

Cytisus

*Cytisus primus.* *Clus. hist. 1. p. 94.*  
*Habitat in Hispania.* ¶

2. *GENISTA candicans.* *G. foliis ternatis, subtus villosis pedunculis lateralibus; subquinque floris foliatis; leguminibus hirsutis.*

*Cytisus Monspeulanus Medicæ folio; siliquis dense congestis & villosis.* *Tourn. 648.*

*Habitat in Gallia Narbonensi.* ¶

Similis *Canariensi*; foliola majora.

3. *GENISTA linifolia.* *G. foliis ternatis, sessilibus, linearibus, subtus sericeis.*

*Cytisus argenteus, linifolius insularum Stœchadum.* *Tourn. 648.*

*Habitat in Oriente, Hispania, Gallo-provincia.* ¶ *Delph.*

4. *GENISTA sagittalis.* *G. ramis ancipitibus, membranaceis, articulatis; foliis ovato-lanceolatis.* *Jacq. austr. t. 209.*

*Genistella herbacea sive Chamæ-Spartium.* *J. Bauh. hist. 1. p. 393. Tourn. 646.*

*Chamæ-Genista sagittalis.* *Bauh. pin. 395.*

*Chamæ-Genista secunda.* *Clus. hist. 1. p. 104.*

*Habitat in Germaniâ, Galliâ arenosis sterilibus.* *Junio. ¶ Pat. lugd. burg. delph.*

6. *GENISTA tinctoria.* *G. foliis lanceolatis, glabris; ramis striatis, teretibus, erectis.* *Oed. Fl. dan. t. 526. Dod. pempt. 763.*

*G. tinctoria, Germanica.* *Bauh. pin. 395. Tourn. 643.*

*Habitat in Germania, Anglia.* *Junio. ¶ Succ. pal. burg. lith. lugd.*

8. *GENISTA florida.* *G. foliis lanceolatis, sericeis; ramis striatis, teretibus; racemis secundis.*

*G. tinctoria, frutescens; foliis incanis.* *Bauh. pin. 395. Tourn. 643.*

*G. tinctoria, Hispanica.* *Clus. hist. 1. p. 101.*

*Habitat in Hispania.* ¶

9. *GENISTA pilosa.* *G. foliis lanceolatis, obtusis; caule tuberculato, decumbente.* *Jacq. austr. t. 208.*

*G. ramosa; foliis Hyperici.* *Bauh. pin. 395. Tourn. 643.*

*Genista minima.* *Lugd. 173.*

*Genistella pilosa.* *J. Bauh. hist. 1. p. 393.*

*Habitat in Pannonia, G. Narbonenti, Germania.* *Maio. ¶ Succ. pal. burg. lugd. delph.*

10. *GENISTA humifusa.* *G. foliis lanceolatis, ciliatis; ramis prostratis, striatis, villosis.*

## 418 DIADELPHIA DECANDRIA.

- Gen. Genista Orientalis, minima, humifusa; foliis subrotundis ad  
oras pilosis. *Tourn. cor.* 44.  
*Habitat in Oriente, Gallo-provincia, Delphinatu.*

## \* \* SPINOSÆ.

11. GENISTA *Anglica*. G. spinis simplicibus; ramis floriferis,  
inermibus; foliis lanceolatis. *Fl. dan.* t. 619.  
Genista Spartium minus, Anglicum. *Tourn.* 645.  
G. minor aspalathoides vel Genista spinosa *Anglica*. *Bauh.*  
*pin.* 395. *prodr.* 157.  
Genistella minor aspalathoides. *J. Bauh. hist.* 1. p. 401.  
*Habitat in Angliæ ericetis humidiusculis. H Delph. lugd.*
12. GENISTA *Germanica*. G. spinis compositis; ramis flori-  
feris, inermibus; foliis lanceolatis.  
Genista Spartium minus, Germanicum. *Tourn.* 645.  
G. spinosa minor, Germanica. *Bauh. pin.* 395.  
Genistella. *Dod. pempt.* 760.  
*Habitat in Germania. Maio. H Pal. burg. delph. lugd.*
13. GENISTA *Hispanica*. G. spinis decompositis; ramis flori-  
feris, inermibus; foliis linearibus, pilosis.  
G. Spartium montis ventosi. *Tourn.* 645.  
G. spinosa minor, Hispanica, villosissima. *Bauh. pin.* 395.  
Genistella montis ventosi, spinosa. *J. Bauh. hist.* 1. p. 400.  
*Habitat in Hispania, G. Narbonenti. H Monsp. delph.*  
Spinæ innocuæ; G. Germanicæ adfinis.
932. 1. ULEX *Europæus*. U. foliis villosis, acutis; spinis sparsis.  
*Fl. dan.* t. 608.  
Genista Spartium majus, brevioribus & longioribus aculeis.  
*Tourn.* 645.  
Scorpius primus. *Clus. hist.* 1. p. 106.  
Genista spinosa major, longioribus aculeis. *Bauh. pin.* 394.  
Genista spinosa. *Dod. pempt.* 659.  
*Habitat in Anglia, Gallia, Dania, Brabantia. H Gallob. lugd.*  
*burg.*
953. 1. AMORPHA *fruticosa*. *Duham. arb.* 1. t. 46. *Hort. cliff.* 353.  
t. 19.  
Barba Jovis Americana, Pseudo-Acaciæ flosculis purpureis,  
minimis. *Anglic. hort.* 11. t. 4.  
*Habitat in Carolina. H*  
Genus singulare alæ Corinaque nullæ.

ONONIS.

\* FLORIBUS SUBSESSILIBUS.

x. ONONIS antiquorum. O. floribus solitariis foliolo majoribus; foliis inferioribus ternatis; ramis læviusculis, spinosis. Gen. 935.

Anonis legitima antiquorum. *Tourn. cor.* 28.

*Habitat in Europa australi. ℥ Delph. lugd.*

Similis O. spinosæ, sed rigidior, magis spinosa.

2. ONONIS arvensis. O. floribus racemosis, geminatis; foliis ternatis; superioribus solitariis; ramis inermibus, subvillosis. *Blackw. t.* 301. f. 1. 2.

α. O. (mius) floribus subsessilibus, solitariis, lateralibus, ramis inermibus.

Anonis spinis carens, purpurea. *Bauh. pin.* 389. *Tourn.* 408.

Anonis non spinosa, purpureo flore. *J. Bauh. hist.* 2. p. 393.

γ. O. (spinosa) floribus subsessilibus, lateralibus; caule spinoso. *Oed. dan. t.* 787.

Anonis spinosa, flore purpureo. *Bauh. pin.* 389. *Tourn.* 408.

Anonis. *Dod. pempt.* 743.

*Habitat in aridis Europæ. Maio. ℥ Ged. pal. burg. lugd. lith.*

3. ONONIS repens. O. caulibus diffusis; ramis erectis; foliis superioribus, solitariis; stipulis ovatis.

Anonis maritima procumbens, foliis hirsutis, pubescentibus.

*Pluk. alm.* 33. *Dill. eth.* 29. t. 25. f. 28.

*Habitat in Angliæ littoribus maris, Oriente. ℥ Lugd.*

Affinis admodum O. spinosæ.

4. ONONIS minutissima. O. floribus subsessilibus, lateralibus; foliis ternatis, glabris; stipulis ensiformibus; calycibus scariosis, corollis longioribus. *Jacq. austr. t.* 240.

Anonis pusilla, glabra, angustifolia, lutea. *Tourn.* 409.

Anonis lutea sylvestris, minima. *Col. ecephr.* 1. p. 304. t. 301.

Anonis spinosa lutea, minor. *Bauh. pin.* 389.

A. lutea montana, non spinosa, minima. *Earr. ic.* 1107.

*Habitat in Italia, Monspeli, Helvetia, Austria. Burg. lugd.*

6. ONONIS alopecuroides. O. spicis foliosis; foliis simplicibus ovatis, obrusis; stipulis dilatatis. *Kniph. cent.* 8. n. 75.

Anonis Sicula alopecuroides. *Tourn.* 408.

*Habitat in Sicilia, Hispania, Italia. ☉*

7. ONONIS variegata. O. stipulis bracteisque dentatis; foliis simplicibus, striatis; floribus subpedunculatis.

Anonis, non spinosa, flore luteo; variegato; angustifolia, maritima. *Tourn.* 409.

## 420 DIADELPHIA DECANDRIA:

Geni

*Anonis lutea* Trixaginis folio, maritima. *Barr. 776.* mala.  
*Anonis maritima*, mitis; folio lucido, serrato. *Bocc. sic. 7.*  
 t. 38. f. 3.

*Habitat in Gallo-provincia.*

### \*\* FLORIBUS PEDUNCULATIS, PEDUNCULO MUTICO:

14. *ONONIS reclinata*. O. pedunculis muticis, unifloris; foliis ternatis, subrotundis, crenatis; leguminibus cernuis. *Allioni pedem. t. 10. f. 3.*

*Anonis purpurea*, non spinosa, minor. *Barr. ic. 354.*

*A. annua pumila*; flore purpurascente. *Tourn. 408.*

*Habitat in Delphinatu, Hispania, Italia.* ☉

15. *ONONIS Cenisia*. O. pedunculis muticis, unifloris; foliis ternis; cuneatis; stipulis ferratis; caulibus prostratis.

*Anonis luteo-purpurea minima*, angustifolia. *Barr. ic. 833.*  
 t. 1104.

*Habitat ad pedem montis Cenisii. Latourrette. ☿ Delph.*

### \*\*\* PEDUNCULIS ARISTATIS.

16. *ONONIS Cherleri*. O. pedunculis unifloris aristatis; foliis ternatis; stipulis ferratis.

*Anonis pusilla*, villosa & viscosa; purpurascente flore.  
*Tourn. 408.*

Trifoliis affinis, *Anonis minima*, hirsuta *Cherleri. J. Bauh. hist. 2. p. 394.*

*Habitat in Gallia Narbonensi. ☿ Affinis O. minutissima.*

17. *ONONIS viscosa*. O. pedunculis unifloris, aristatis; foliis simplicibus, infimis ternatis.

*Anonis viscosa*, spinis carens, lutea, latifolia, annua. *T. 409.*

*A. lutea*, viscosa, latifolia, minor; flore pallido. *Barr. ic. 840. t. 1239.*

*Habitat Montspeli & in Hispania.* ☉ *Prov. delph.*

19. *ONONIS pinguis*. O. pedunculis unifloris, aristatis; foliis ternatis, lanceolatis; stipulis integerrimis.

*Anonis non spinosa*; flore luteo, variegato. *Bauh. pin. 389. Tourn. 409.*

*A. lutea*, non spinosa; *Natrix Plinii. Dalech. hist. 449.*

β. *A. lutea mitis oxytriphyllo*, ad foliorum petiolos caprolata. *Pluk. alm. 33. t. 135. f. 5.*

*Habitat in Europa australi. ☿ Lugd.*

20. *ONONIS Natrix*. O. pedunculis unifloris, aristatis; foliis ternatis, viscosis; stipulis integerrimis; caule fruticoso.

DIADELPHIA DECANDRIA. 421

Anonis viscosa, spinis carens, lutea, major. *Bauh. pin.* 389. Gena  
*Tourn.* 409.

Ononis lutea. *Cam. epit.* 445.

Natrix. *Riv. test.* 68. *Lob. ic.* 2. p. 28.

Habitat in Gallia Narbonensi, Hispania, inter segetes. Junio.  $\overline{\text{H}}$   
*Monsp. burg. lugd.*

\* \* \* \* FRUTICOSÆ.

22. ONONIS *crispa*. O. fruticosa; foliis ternatis, subrotundis, undulatis, dentatis, viscoso-pubescentibus; pedunculis unifloris, muticis.

Anonis Hispanica frutescens, folio rotundiore. *Magn. Monsp.* 17. t. 17. *Tourn.* 409.

℞. Anonis Hispanica frutescens, folio Rosæ sylvestris. *Tourn.* 409.

Habitat in Hispaniæ monte Mariola prope Valentiam.  $\overline{\text{H}}$  Delph.

23. ONONIS *fruticosa*. O. fruticosa; foliis sessilibus, ternatis, lanceolatis, serratis; stipulis vaginalibus; pedunculis subtrifloris.

Anonis montana præcox, purpurea, frutescens. *Tourn.* 408.

Habitat in montibus Delphinatûs.  $\overline{\text{H}}$  Prov.

24. ONONIS *rotundifolia*. O. fruticosa; foliis ternatis, ovatis, dentatis; calycibus triphyllo-bracteatis; pedunculis subtrifloris.

Anonis purpurea perennis; foliis laioribus, rotundioribus, profundè serratis. *Tourn.* 408. *Morif. hist.* 2. p. 170.

Cicer sylvestre, latifolium, triphyllum. *Bauh. pin.* 347.

Cicer sylvestre, tertium. *Dod. pempt.* 525.

Habitat in alpibus Helveticis.  $\overline{\text{H}}$  Prov. delph.

A N T H Y L L I S.

\* H E R B A C E Æ.

1. ANTHYLLIS *tetraphylla*. A. herbacea; foliis quaternopinnatis; floribus lateralibus. 936

Vulneraria pentaphyllos. *Tourn.* 391.

Lorus pentaphyllos vesicaria. *Bauh. pin.* 332.

Trifolium Halicacabum. *Cam. hort.* t. 47.

Habitat in Italia, Sicilia.  $\odot$  Monsp.

2. ANTHYLLIS *Vulneraria*. A. herbacea; foliis pinnatis; inæqualibus; capitulo duplicato.

Vulneraria rustica. *J. Bauh. hist.* 2. p. 362. *Tourn.* 391.

Gall.

- Loto affinis, *Vulneraria pratensis*. *Bauh. pin.* 332.  
*Anthyllis Lenti similis*. *Dod. pempt.* 552.  
 β. *Vulneraria supina*, flore coccineo. *Dill. elth.* 431. t. 320;  
 f. 413.  
 Loto affinis, hirsuta; flore rubente. *Bauh. pin.* 332.  
 γ. *Vulneraria rustica*, flore albo. *Tourn.* 391.  
*Habitat in pratis Europæ borealioris*. *Maio. T. Ged. pal. lugd.*  
*lith. burg.*
3. *ANTHYLLIS montana*. A. herbacea; foliis pinnatis, æqualibus; capitulo terminali, secundo; floribus obliquatis. *Jacq. austr.* t. 334.  
*Barba Jovis pamila*, villosa; flore globoso, purpureo. *Tourn.* 651.  
*Astragalus incanus*, tomentosus, pallido globoso flore, Italicus. *Barr. rar.* 1391. t. 712.  
*Astragalus villosus*, floribus globosis. *Bauh. pin.* 351.  
*Astragalus purpureus*. *Dalech. lugd.* 1347.  
*Habitat in Helvetia, Gallia Narbonensi, Gallo-provinciæ rupe*  
*Victoriæ, Austria, in monte Nana, Carniolæ. T. Burg.*
6. *ANTHYLLIS Gerardii*. A. herbacea; foliis pinnatis, inæqualibus; pedunculis lateralibus folio longioribus. *Ger. prov.* 490. t. 18.  
*Habitat in maritimis Gallo-provinciæ.* ☉  
 Foliola sublinearia; stipulæ magnitudine foliorum.

## \*\* FRUTICOSÆ.

9. *ANTHYLLIS Barba Jovis*. A. fruticosa; foliis pinnatis; æqualibus, tomentosis; floribus capitatis.  
*Barba Jovis pulchra*, lucens. *J. Bauh. hist.* 1. p. 385.  
*Barba Jovis*. *Bauh. pin.* 397.  
*Jovis Barba*. *Hist. lugd.* 194.  
*Habitat in Italiæ, Hispaniæ, Orientis rupibus.* ☿ *Monsp.*
11. *ANTHYLLIS Citysoides*. A. fruticosa; foliis ternatis; inæqualibus; calycibus lanatis; lateralibus.  
*Barba Jovis Hispanica*, incana; flore luteo. *Tourn.* 651.  
*Cytisus incanus*, folio medio longiore. *Bauh. pin.* 390.  
*Cytisus sextus*. *Clus. hist.* 1. p. 96.  
*Spartium latifolium*, parvo flore. *Barr. ic.* 1182.  
*Habitat in Hispania, Gallia Narbonensi.* ☿
2. *LUPINUS albus*. L. calycibus alternis, inappendiculatis; labio superiore integro; inferiore tridentato. *Blackw.* t. 282.



DIADELPHIA DECANDRIA. 423

Gen.

Lupinus sativus, flore albo. *Bauh. pin.* 347. *Clus. hist.* 2. p. 228. *Tourn.* 392.

L. sativus. *Dod. pempt.* 529.

*Habitat* . . . . . ☉

3. LUPINUS varius. L. calycibus semiverticillatis, appendiculatis; labio superiore bifido; inferiore subtridentato.

*Kniph. cent.* 7. n. 47.

L. sylvestris, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 348.

L. sylvestris, purpureo flore; semine rotundo vario, majore. *Tourn.* 392.

*Habitat* Messanæ, Montpelii inter segetes. ☉

4. LUPINUS hirsutus. L. calycibus alternis appendiculatis; labio superiore bipartito; inferiore tridentato.

L. peregrinus major vel villosus, cæruleus major. *Bauh. pin.* 348. *prodr.* 148. n. 1.

L. exoticus hirsutissimus. *J. Bauh. hist.* 2. p. 289. cum figura bona.

*Habitat* in Hispania. ☉ Pili densi, ferruginei.

6. LUPINUS angustifolius. L. calycibus alternis, appendiculatis; labio superiore bipartito; inferiore integro. *Kniph. cent.* 4. n. 46.

L. angustifolius, cæruleus elatior. *Rai. hist.* 908.

*Habitat* in Hispania, Messanæ inter segetes. ☉

7. LUPINUS luteus. L. calycibus verticillatis, appendiculatis; labio superiore bipartito, inferiore tridentato. *Kniph. cent.* 4. n. 47.

L. sylvestris, flore luteo. *Bauh. pin.* 348. *Dod. pempt.* 430. *Tourn.* 393.

L. luteo flore, semine compresso vario. *J. Bauh. hist.* 2. p. 290.

L. luteus, Italicus. *Barr. ic.* 1032.

*Habitat* in Gallia Narbonensi. ☉ Flores odorati.

PHASEOLUS.

SCANDENTES.

1. PHASEOLUS vulgaris. P. caule volubili; floribus racemosis, geminis; bracteis calyce minoribus; leguminibus pendulis. 940.

P. vulgaris. *Lob. ic.* 59. *Tourn.* 412.

*Smilax hortensis* f. *Phaseolus major*. *Bauh. pin.* 339.

ℓ. *Phaseolus (coccineus)* volubilis; floribus racemosis, geminis; bracteis calyce brevioribus; leguminibus pendulis. *Kniph. cent.* 12. n. 75.

P. puniceo flore. *Cornut. canad.* 184. *Tourn.* 415.

Gen.

Phaseolus Indicus; flore coccineo f. puniceo. *Morif. hist.* 2. p. 69.  
*Habitat in Indiis.* ☉

## E R E C T I.

10. PHASEOLUS nanus. P. caule erecto, lævi; bracteis calyce majoribus; leguminibus pendulis, compressis, rugosis.  
 P. minor, siliquâ fursum rigentē; fructu minori albedo; cum orbita rubente aut nigricante. *Tourn.* 415.  
 P. vulgaris Italicus humilis, seu minor albus; cum orbita rubente vel nigricante. *J. Bauh. hist.* 2. p. 258.  
 Smilax, siliquâ fursum rigente f. Phaseolus parvus, Italicus. *Bauh. pin.* 339.  
*Habitat in India.*

941.

1. DOLICHOS Lablab. D. volubilis; leguminibus ovaro-acinaciformibus; seminibus ovatis; hilo arcuato versus alteram extremitatem. *Kniph. cent.* 6. n. 37.  
 Phaseolus Egyptiacus, nigro semine. *Bauh. pin.* 341. *T.* 414.  
 P. peregrinus Lablab. *Clus. hist.* 2. p. 227.  
*Habitat in Ægypto.* ☉

38. *TRIFOLIUM fragiferum. T. capitulis subrotundis; calycibus inflatis, bidentatis, reflexis; caulibus repentibus.**T. fragiferum Frisicum. Bauh. pin.* 329. *Tourn.* 406.*T. fragiferum. Clus. hist. cur. post.* 39.*T. capitulo spumoso, aspero, minus. Bauh. pin.* 329. *prodr.* 140. *Tourn.* 406.*T. fragiferum. Vaill. paris.* 170. t. 22. f. 2.*Habitat in Suecia, Gallia, Anglia, &c. Junio. ¶ Suec. paris. pal. burg. delph. lugd.*\*\*\*\*\* **LUPULINA VEXILLIS COROLLÆ INFLEXIS.**39. *TRIFOLIUM montanum. T. spicis subimbricatis, subtribus; vexillis subulatis, emarcescentibus; calycibus nudis; caule erecto.**T. montanum, album. Bauh. pin.* 328. *Tourn.* 405.*T. majus, primum. Clus. hist.* 2. p. 245.*Habitat in Europæ pratis siccis. Maio. ¶ Pal. sil. burg. delph. lith. paris. lugd.*40. *TRIFOLIUM agrarium. T. spicis ovalibus, imbricatis; vexillis deflexis, persistens; calycibus nudis; caule erecto. Fl. dan.* 558.

Trifolium

DIADELPHIA DECANDRIA. 449

Gen.

Trifolium pratense luteum; capitulo Lupuli five agrarium.

Bauh. pin. 328. Vaill. parif. 196. t. 22. f. 3. Tourn. 404.

T. agrarium. Dod. pempt. 576.

Habitat in Europæ pratis. Maio. ☉ Succ. parif. burg. lugd. lith. pal.

41. TRIFOLIUM *spadiceum*. T. fpicis ovalibus, imbricatis; vexillis deflexis, persistentibus; calycibus pilofis; caule erecto.

T. montanum, lupulinum. Bauh. pin. 328. prodr. 140. Tourn. 404.

Lotus montanus, aureus; amplo Lupuli capitulo, annuus. Barr. ic. 1024.

Habitat in Europæ pratis ficcis. ☉ Succ. lith. lugd. delph. parif.

42. TRIFOLIUM *procumbens*. T. fpicis ovalibus, imbricatis; vexillis deflexis, persistentibus; caulibus procumbentibus.

T. lupulinum alterum, minus. Rai angl. 3. p. 330. t. 14. f. 3.

T. pratense luteo-croceum. Vaill. parif. 196.

Habitat in Europæ campeftribus. Maio. ☿ Succ. herb. pal. delph.

43. TRIFOLIUM *filiforme*. T. fpicis subimbricatis; vexillis deflexis, persistentibus; calycibus pedicellatis; caulibus procumbentibus.

T. luteum lupulinum, minimum. Morif. hifl. 2. p. 142.

Rai angl. 3. p. 331. t. 14. f. 4. Tourn. 404.

Habitat in Angliæ, Germania, Gallia. ☉ Succ. fil. delph.

45. TRIFOLIUM *suffocatum*. T. acaule, exscapum; floribus subfessilibus, radicalibus. Jacq. hort. t. 60.

T. minimum, lupinum, floscolorum & feminum glomerulis plurimis confertim ad radices nascentibus. Rai hifl. 942.

Habitat in Siciliae arenofis. ☉

L O T U S.

\* LEGUMINIBUS RARIORIBUS, NEC CAPITULUM CONSTITUENTIBUS.

1. LOTUS *maritimus*. L. leguminibus folitariis, membranaceo-quadrangulis; foliis glabris; bracteis lanceolatis. Kniph. cent. 7. n. 45.

969.

L. maritima, lutea, filiquofa; folio pingui, glabro. Tourn. 403.

Habitat in Europæ maritimis. ☉ Succ. monsp. hal.

Similib valde filiquofa.

## 450 DIADELPHIA DECANDRIA.

Gen.

2. *LOTUS filiquosus*. L. leguminibus solitariis, membranaceo-quadrangulis; caulibus procumbentibus; foliis subtus pubescentibus. *Jacq. austr.* t. 361.

*L. pratensis*, filiquosus, luteus. *Bauh. pin.* 332. Major & durior. *Tourn.* 403.

*L. pratensis*, filiquosus. *Clus. hist.* 2. p. 243.

*Habitat in Europæ australioris pratis subhumidis.* *Maio.* ¶ *Pal. delph. burg. lugd.*

3. *LOTUS tetragonolobus*. L. leguminibus solitariis, membranaceo-quadrangulis; bracteis ovatis. *Kniph. cent.* 5. n. 53.

*L. ruber*, filiquâ angulosâ. *Bauh. pin.* 332. *Tourn.* 403.

*L. filiquosus*; rubello flore. *Clus. hist.* 2. p. 244.

*Habitat in Sicilia collibus.* ○

4. *LOTUS conjugatus*. L. leguminibus conjugatis, membranaceo-quadrangulis; bracteis oblongo-ovatis.

*L. luteus*, filiquâ angulosâ. *Boerh. lugdb.* 2. p. 37.

*Habitat in Gallia Narbonensi.* ○

Differt à *Tetragonolobo* corollis duplo minoribus.

6. *LOTUS Edulis*. L. leguminibus subfolitariis, gibbis incurvis.

*L. pentaphyllos*, filiquâ cornutâ. *Bauh. pin.* 332. *Tourn.* 403.

*L. olygoceros* Cretica, lutea; filiquis binis curvis, propendentibus. *Morif. hist.* 2. p. 176. f. 2. t. 18. f. 5.

Trifolium sive *Lotus hierazune*, *Edulis*, filiquosa. *J. Bauh. hist.* 2. p. 365.

*Habitat in Italia, Sicilia.*

8. *LOTUS angustissimus*. L. leguminibus subbinatis, linearibus, strictis, erectis; caule erecto; pedunculis alternis.

*L. pentaphyllos minor*, hirsutus; filiquâ angustissimâ. *Bauh. pin.* 332. *Tourn.* 403.

*L. corniculata*, filiquis singularibus, sive binis tenuis. *J. Bauh. hist.* 2. p. 356.

*Habitat in Gallia Narbonensi. Lugd.*

10. *LOTUS ornithopodioides*. L. leguminibus subternatis, arcuatis, compressis; caulibus diffusis.

*L. filiquis Ornithopodii.* *Bauh. pin.* 332. *Tourn.* 403.

*L. peculiaris*, filiquis *Ornithopodii.* *Cam. hort.* 91. t. 25.

*Habitat in Gallo-provincia.* ○

## \*\* PEDUNCULIS MULTIFLORIS IN CAPITULUM.

13. *LOTUS hirsutus*. L. capitulis subrotundis; caule erecto, hirtio; leguminibus ovatis. *Kniph. cent.* 8. n. 62.

DIADELPHIA DECANDRIA. 451

Gen.

Lotus pentaphyllos filiquosus, villosus. *Bauh. pin.* 372.  
*Tourn.* 403.

Oxytriphylllum alterum, Scribonii herbariorum. *Lob. ic.* 31.  
*Habitat in Gallia Narbonensi, Italia, Oriente.* ¶ *Monsp. delph.*

15. LOTUS rectus, L. capitulis subglobosis; caule erecto,  
lævi; leguminibus rectis, glabris. *Kniph. cent.* 8. n. 63.

L. villosus altissimus; flore glomerato. *Tourn.* 403.

L. filiquosus, glaber; flore rotundo. *Bauh. pin.* 332.

Trifolium rectum; Monspeffulanum. *J. Bauh. hist.* 2. p. 359.

Lotus lybica. *Dalech. hist. lugd.* 509.

*Habitat in Gallia Narbonensi.* ¶

16. LOTUS corniculatus. L. capitulis depressis; caulibus decum-  
bentibus; leguminibus cylindricis, patentibus.

Lotus five Melilotus, pentaphyllos minor, glabra. *Bauh.*  
*pin.* 332. *Riv. t.* 76. *Tourn.* 402. & varietates.

Trifolium corniculatum, primum. *Dod. pempt.* 573.

*Habitat in Europa.* Junio. ¶ *Pal. delph. burg. lugd. lith. paris.*

18. LOTUS Dorycnium. L. capitulis aphyllis; foliis sessilibus  
quinatis. *Kniph. cent.* 3. n. 60.

Dorycnium Monspeliensium. *Tourn.* 391. *Lob. ic.* 51.

Trifolium album, angustifolium; floribus veluti in capitulum  
congestis. *Bauh. pin.* 329.

*Habitat in Hispania, Gallia Narbonensi, Austria, Carniolia.*  
¶ *Austr. delph.*

3. TRIGONELLA polycerata. T. leguminibus subsessilibus,  
congestis, erectis, subrectis, longis, linearibus; pedun-  
culis muticis. 970.

Fœnum Græcum sylvestre, siliquis plurimis longioribus.  
*Tourn.* 409.

Fœnum Græcum sylvestre, alterum polyceration. *Bauh. pin.*  
348.

Fœnum Græcum sylvestre, alterum. *Dod. pempt.* 547.

*Habitat in Hispania, Italia, Monspelii.* ○

6. TRIGONELLA corniculata. T. leguminibus pedunculatis,  
congestis, declinatis, subfalcatis; pedunculis longis, sub-  
spinosis; caule erecto.

Melilotus, corniculis reflexis, major. *Bauh. pin.* 331. *Tourn.*  
407.

Melilotus lutea major; corniculis reflexis, ex eodem centro  
ortis. *Morif. hist.* 2. p. 162. f. 2. t. 16. f. 11.

Trifolium corniculatum 2. *Dod. pempt.* 573.

*Habitat in Europa australi.* ○ *Delph.*

7. TRIGONELLA Monspeliaca. T. leguminibus sessilibus, con-

## 452 DIADELPHIA DECANDRIA.

Gen.

gestis, arcuatis, divaricatis, inclinatis, brevibus; pedunculo mucronato, inermi.

Fœnum Græcum sylvestre, alterum polyceraton. *Bauh. pin.* 348. *Tourn.* 409.

Fœnum Græcum, polyceraton. *Riv. tetr.*

Hedysarum minimum. *Dalech. hist.* 446.

*Habitat* Monspelii. ☉ *Delph. burg. parif. monsp.*

9. TRIGONELLA Fœnum Græcum. T. leguminibus sessilibus; strictis, erectiusculis, subfalcatis, acuminatis; caule erecto. *Blakw. t.* 38.

Fœnum Græcum, fativum. *Bauh. pin.* 348. *Tourn.* 409.

Fœnum Græcum. *J. Bauh. hist.* 2. p. 363. *Dod. pempt.* 536.

Æ. Fœnum Græcum sylvestre. *Bauh. pin.* 348. *J. Bauh. hist.* 2. p. 363. *Dalech. lugd.* 481.

*Habitat* Monspelii. ☉ *Parif.*

971.

1. MEDICAGO arborea. M. leguminibus lunatis, margine integerrimis; caule arboreo. *Kniph. cent.* 5. n. 55.

M. trifolia frutescens, incana. *Tourn.* 412.

Cytisus incanus; siliquis falcatis. *Bauh. pin.* 389.

Cytisus, ut existimatur *Dod. pempt.* 569.

*Habitat* in Rhodo; Neapoli. ☿

3. MEDICAGO radiata. M. leguminibus reniformibus, margine dentatis; foliis ternatis. *Kniph. cent.* 10. n. 58.

M. annua, Trifolii facie. *Tourn.* 412.

Lunaria radiata Italorum, Medica lunata sive falcata. *Lob. ic.* 2. p. 38.

*Habitat* in Italia. ☉

4. MEDICAGO circinnata. M. leguminibus reniformibus, margine dentatis; foliis pinnatis.

M. Vulnerariæ facie, Hispanica. *Tourn.* 412.

Loto affinis, siliquis hirsutis, circinnatis. *Bauh. pin.* 333.

Auricula muris. *Cam. hort.* t. 8.

*Habitat* in Hispania, Italia. ☉

5. MEDICAGO sativa. M. pedunculis racemosis; leguminibus contortis; caule erecto, glabro.

Medica major, erectior; floribus purpurascens. *J. Bauh. hist.* 2. p. 382. *Tourn.* 410.

Medica sativa. *Morij. hist.* 2. p. 150. f. 2. t. 16.

Medica legitima. *Clus. hist.* 2. p. 242.

*Habitat* in Hispaniæ, Galliæ, &c. apricis. ☿ *P. l. lugd. delph. burg.*

6. MEDICAGO falcata. M. pedunculis racemosis; leguminibus lunatis; caule prostrato. *Fl. dan.* t. 233.

Medica sylvestris, floribus croceis. *J. Bauh. hist.* 2. p. 383.

Trifolium sylvestre, luteum; siliquâ cornutâ. *Bauh. pin.* 330.  
 Medica, flavo flore. *Clus. hist.* 2. p. 243.  
*Habitat in Europæ pratis apricis, siccis. Junio. ¶ Paris. pal. delph. lugd. burg.*

7. **MEDICAGO Lupulina.** M. spicis ovalibus; leguminibus reniformibus, monospermis; caulibus procumbentibus. Melilotus, capsulis reni similibus, incapitulum congestis. *Tourn.* 407.

Trifolium pratense, luteum; capitulo brevior. *Bauh. pin.* 328.  
 Trifolium pratense, luteum. *Fuchs. hist.* 819.  
*Habitat in Europæ pratis. Maio. ♂ Suec. paris. pal. lugd. delph. lith. burg.*

8. **MEDICAGO marina.** M. pedunculis racemosis; leguminibus cochleatis, spinosis; caule procumbente, tomentoso. *Kniph. cent.* 4. n. 46.

Medica marina. *Lob. ic.* 38. *Tourn.* 410.  
 Trifolium cochleatum, maritimum, tomentosum. *Bauh. pin.* 329.  
*Habitat in maritimis Galliæ Narbonensis. ¶*

9. **MEDICAGO polymorpha.** M. leguminibus cochleatis; stipulis dentatis; caule diffuso.

Trifolium cochleatum; fructu nigro, hispido. *Bauh. pin.* 329;  
 a. M. (*orbicularis*), leguminibus solitariis, cochleatis, depressis, planis; stipulis ciliatis; caule diffuso. *Sauv. monsp.*  
 Medica orbiculata. *J. Bauh. hist.* 2. p. 384. *Rai hist.* 961. *Tourn.* 410.

Trifolium cochleatum five scutellatum; folio latiore; fructu minuto, obtuso. *Bauh. pin.* 329. *prodr.* 140.

b. M. (*scutellata*) cochleata major dicarpos; capsulâ rotundâ, globosâ, scutellatâ. *Morif.* 2. p. 152. f. 2. t. 15. f. 4.

Medica scutellata. *J. Bauh. hist.* 2. p. 384. *Tourn.* 410.

Trifolium cochleatum, fructu latiore. *Bauh. pin.* 329.

γ. M. (*tornata*), leguminibus cochleatis, nudis, cylindricis, apice basique planiusculis. *Ger. prov.* 517.

Medica tornata major & minor lenis. *Park. theatr.* 116. *Morif. hist.* 2. f. 2. t. 15. f. 11. *Tourn.* 411.

δ. M. (*turbinata*), leguminibus cochleatis, inermibus, subcylindricis; extremitatibus complanatis. *Gouan monsp.* 517.

Medica magna, turbinata. *J. Bauh. hist.* 2. p. 385. *Tourn.* 410.

Trifolium cochleatum, turbinatum; fructu compresso, oblongo. *Bauh. pin.* 329.

ε. M. (*intertexta*), pedunculis unifloris; leguminibus cochleatis, sphericis; spinis longioribus, divaricatis, recurvis. *Ger. prov.* 518.

ζ. M. (*arabica*), pedunculis subtrifloris; leguminibus echinatis; foliolis obcordatis. *Gouan monsp.* 116.

454 **DIADELPHIA DECANDRIA.**

Gen.

- Medica echinata*, glabra, cum maculis nigricantibus. *J. Bauh. hist.* 3. p. 384. *Tourn.* 410.
- Trifolium cochleatum*; folio maculato, cordato. *Bauh. pin.* 329.
- » *Medicago (coronata)*, pedunculis subbifloris; leguminibus compressis, subspinosis; stipulis subulatis, integerrimis. *Gouan.*
- Medica coronata* Cherleri, parva. *J. Bauh. hist.* 2. p. 386.
- Trifolium*, folio obtuso; folliculis cordatis. *Bauh. pin.* 329. *prodr.* 141. n. 13.
- » *M. (ciliaris)*, pedunculis multifloris; leguminibus congestis, globosis, hispida; stipulis ciliatis. *Gouan.*
- Medica annua*, fructu ciliari. *Tourn.* 411.
- » *M. (hirsuta)*, pedunculis multifloris; leguminibus cochleatis, spinulis hamatis; stipulis integris. *Ger. prov.* 518.
- Medica echinata*, hirsuta. *J. Bauh. hist.* 2. p. 386. *Tourn.* 410.
- Trifolium echinatum arvense*. *Bauh. pin.* 329.
- » *M. (rigidula)*, pedunculis multifloris; leguminibus cochleatis, intense aculeatis. *Ger. prov.* 518.
- Medica hirsuta*, echinata; echinis rigidioribus. *J. Bauh. hist.* 2. p. 385. *Tourn.* 410.
- Trifolium*, fructu compresso, spinis horrido. *Bauh. pin.* 329.
- » *M. (minima)*, leguminibus cochleatis, subternatis; spinulis uncinatis; stipulis integris. *Gouan monsp. Oed. dan.* 211.
- Medica echinata*, minima. *J. Bauh. hist.* 2. p. 386. *Tourn.* 410.
- Trifolium echinatum*, fructu minore. *Bauh. pin.* 330.
- » *M. (muricata)*, pedunculis multifloris; leguminibus cochleatis, subrotundis, spinosis, incanis; foliis villosis. *Ger. prov.*
- Medica cochleata dicarpus*; capsulâ spinosâ, rotundâ minore. *Morif. hist.* 2. p. 153. f. 2. t. 15. f. 11.
- Habitat in Europa austr. li.* Maio. ☉ *Monsp. carn. prov. lugd. helv. pal. austr. delph. burg. paris.*
- » *M. (laciniata)*, leguminibus cochleatis, spinosis; stipulis contortis; foliis oblongis, duplicato-ferratis.
- Medica cochleata*, dicarpus; capsulâ rotundâ, spinosâ; foliis eleganter dissectis. *Tourn.* 411.
- Trifolium*, fructu echinato; foliis eleganter dissectis. *Magn. monsp. t.* 270.

○ **OBSERVATIO.** Polymorphæ hæc species canis instar produxit numerosas varietates, quamvis non in eadem regione proveniunt.



## CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA  
ICOSANDRIA.

974. CITRUS.

Cal. 5-dentatus. Cor. 5-petala. Stam. 20. in cylindrum passim connata. Pist. 1. Baccâ locularis pulpâ veciculari.

## POLYANDRIA.

981. HYPERICUM.

Cal. 5-partitus, inferus. Cor. 5-petala. Styl. 1. 3. f. 5. Caps. locularis.

POLYADELPHIA  
ICOSANDRIA.1. CITRUS *medica*. C. petiolis linearibus.

Citrum vulgare. Tourn. 621.

Malus Medica. Bauh. pin. 435. Blackw. t. 361. Dod. pempt. 791.

β. Citrus. Limon.

Limon vulgare. Blackw. t. 362. Tourn. 621.

Malus Limonia, acida. Bauh. pin. 436. Dod. pempt. 791.

Habitat in Asia, Media, Assyria, Persia. ☿

2. CITRUS *Aurantium*. C. petiolis alatis; foliis acuminatis.

Aurantium sylvestre, medullâ acri. Tourn. 620.

Aurantium, dulci medullâ, vulgare. Tourn. 620.

Aurantium. Blackw. t. 349. Kniph. cent. 9. n. 23. Knorr del.

L. I. P. 4.

Gen. 974.

## 456 POLYADELPHIA POLYANDRIA.

Gen.

*Malus Aurantia major. Bauh. pin. 436.**Malus Aurantia. Dod. pempt. 792.**β. Citrus Sinenfis.**Malus Aurantia, . cortice Eduli. Bauh. pin. 436.**Habitat in India. ̄*

## POLYANDRIA.

## HYPERICUM.

## \* PENTAGYNA.

981<sup>2</sup>

1. *HYPERICUM Balearicum. H. floribus pentagynis; caule fruticoso; foliis ramisque cicatrisatis. Mill. dict. ic. t. 54. Kniph. cent. 2. n. 35.*

*Hypericum sive Afcyrum frutescens, magno flore. Magn. char. 260.*

*Myrto-Cyftus Pennæi. Claf. hift. 1. p. 68.*

*Habitat in Majorca. ̄*

6. *HYPERICUM Afcyron. H. floribus pentagynis; caule tetragono, herbaceo, erecto, simplici; foliis lævibus, integerrimis. Kniph. cent. 9. n. 50.*

*Afcyrum, magno flore. Bauh. pin. 280. prodr. 130. Tourn. 256.*

*Androfæmum, flore & thecâ quinquecapfulari omnium maximis. Morif. hift. 2. p. 472.*

*Habitat in Sibiria; Pyrenæis. ̄*

## \* \* TRIGYNA.

2. *HYPERICUM Androfæmum. H. floribus trigynis; fructibus baccatis; caule fruticoso, ancipiti. Regn. bot.*

*Androfæmum maximum frutescens. Bauh. pin. 280. Tourn. 251.*

*Androfæmum. Dod. pempt. 78. Blackw. t. 94.*

*Habitat in Angliæ, Galliæ Narbonenfis, Italiæ humantibus. ̄ Delph. lugd.*

9. *HYPERICUM Olympicum. H. floribus trigynis; calycibus acutis; staminibus corollâ brevioribus; caule fruticoso.*

*H. Orientale, flore magno. Tourn. cor. 19.*

*H. Montis Olympi. Dill. elth. 182. t. 151. f. 183.*

*Habitat in Pyrenæis. ̄*

21. *HYPERICUM quadrangulare. H. floribus trigynis; caule quadrato, herbaceo. Fl. dan. 640.*

*Hypericum, Afcyron dictum, caule quadrangulo. J. Bauh. hift. 3. p. 382. Tourn. 255.*

*Hypericum vulgare minus*; caule quadrangulo; foliis non perfoliatis. *Bauh. pin.* 279.

*Afcyron. Dod. pempt.* 78.

*Habitat in Europæ pratis. Junio. ℥ Succ. paris. delph. lith. burg. lugd.*

22. *HYPERICUM perforatum. H. floribus trigynis*; caule ancipiti; foliis obtusis, pellucido-punctatis. *Blackw. t.* 15.

*H. vulgare. Bauh. pin.* 279. *Tourn.* 254.

*Hypericon. Dod. pempt.* 76.

*Habitat in Europæ pratis. Junio. ℥ Succ. paris. pal. lugd. lith. burg.*

23. *HYPERICUM humifusum. H. floribus trigynis, axillaribus, solitariis*; caulibus ancipitibus, prostratis, filiformibus; foliis glabris. *Fl. dan. t.* 141.

*H. minus supinum sive supinum glabrum. Bauh. pin.* 279. *Tourn.* 255.

*H. supinum tertium, minimum. Clus. hist.* 181.

*Habitat in Europa australiore. Junio. ℥ Succ. pal. delph. lugd. burg. lith. paris.*

26. *HYPERICUM elodes. H. floribus trigynis*; caule tereti, repente, foliisque villosis, subrotundis,

*Afcyrum supinum elodes. Clus. app. alt.*

*Hypericum palustre, supinum, tomentosum. Tourn.* 255.

*Afcyron supinum, villosum, palustre. Bauh. pin.* 280.

*Caryophyllus palustris, foliis subrotundis, incanis*; floribus aureis. *Mentz. pag. t.* 7. f. 3.

*Habitat in Sibiria, Angliæ, Galliæ paludosis. ℥ Gallob.*

\*\* β. *TRIGYNA*; *CALYCIBUS BRACTEISQUE SERRATO-GLANDULOSIS.*

28. *HYPERICUM montanum. H. floribus trigynis*; calycibus ferrato-glandulosis; caule tereti, erecto; foliis ovatis, glabris. *Fl. dan. t.* 173.

*H. elegantissimum, non ramosum*; folio lato. *Tourn.* 255. *J. Bauh. hist.* 3. p. 383.

*Afcyrum sive Hypericum bifolium, glabrum, non perforatum. Bauh. pin.* 280.

*Androsæmum campo Clarense. Col. cephr. t.* p. 74.

*Habitat in Europæ montibus. Julio. ℥ Succ. pal. herb. fil. lith. lugd. delph.*

29. *HYPERICUM hirsutum. H. floribus trigynis*; calycibus ferrato-glandulosis; caule tereti, erecto; foliis ovatis, subpubescentibus. *Kniph. cent. 8. n.* 52. *Fl. dan.* 802.

*H. villosum, erectum*; caule rotundo. *Tourn.* 255.

Gen.

Hypericum, Androsæmum dictum. *J. Bauh. hist. 3. p. 382.*  
 Androsæmum alterum, hirsutum. *Col. ecphr. 1. p. 74.*  
*Habitat in Europæ collibus & montibus. Junio. ¶ Herb. pal.*  
*delph. burg. lugd. parif. succ.*

30. HYPERICUM tomentosum. H. floribus trigynis; calycibus ferrato-glandulosis; foliis semi-amplexicaulibus, flexuosis, tomentosis; caulibus prostratis.

H. supinum tomentosum, minus, vel Monspeliacum. *Bauh. pin. 279.*

H. supinum, tomentosum, alterum. *Clus. hist. 2. p. 181.*  
*Habitat in Gallia Narbonensi. ¶*

32. HYPERICUM pulchrum. H. floribus trigynis; calycibus ferrato-glandulosis; caule tereti; foliis amplexicaulibus, cordatis, glabris. *Oed. dan. t. 75.*

H. minus erectum. *Bauh. pin. 279. Tourn. 255.*

H. pulchrum tragi. *J. Bauh. hist. 3. p. 383.*

*Habitat in Europa australiore. Junio. ¶ Pal. delph. burg. lugd.*

33. HYPERICUM nummularium. H. floribus trigynis; calycibus ferrato-glandulosis; foliis cordato-orbiculatis, glabris.

H. Nummulariæ folio. *Bauh. pin. 279. prodr. 130. Tourn. 255.*

H. ferè orbiculato folio; floribus amplis, pallidè luteis; petalis in ambitu crenatis. *Pluk. alm. 188. t. 93. f. 4.*

*Habitat in Pyrenæis. Julio. ¶ Delph. in mont. Carth. maj.*

34. HYPERICUM Coris. H. floribus trigynis; calycibus ferrato-glandulosis; foliis subverticillatis.

H. saxatile, tenuissimo & glauco folio. *Tourn. 255.*

Hypericum sive Coris legitima, Eruca similis. *Morif. hist. 2. p. 468. f. 5. t. 6. f. 4.*

Coris lutea. *Bauh. pin. 280.*

Hypericoïdes Coris quorundam, & Coris legitima, Cretica. *J. Bauh. hist. 3. p. 384.*

*Habitat in Europæ australis collibus secis, & in Oriente.]*



## CLASSIS XIX.

## SYNGENESIA

## POLYGAMIA ÆQUALIS.

\* *Semiflosculosi Tournef. corollis ligulatis omnibus.*

1001. SCOLYMUS.

*Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. imbricatus, spinosus.*

1000. CICHORIUM.

*Recept. subpaleaceum. Pappus sub 5-dentatus. Cal. calyculatus.*

999. CATANANCHE.

*Recept. paleaceum. Pappus 5-aristatus, sessilis. Cal. imbricatus, scariosus.*

996. SERIOLA.

*Recept. paleaceum. Pappus subpilosus. Cal. simplex.*

997. HYPOCHÆRIS.

*Recept. paleaceum. Pappus subplumosus. Cal. imbricatus.*

983. GEROPOGON.

*Recept. paleaceum. Pappus plumosus disci. 5-aristatus radii. Cal. simplex.*

994. ANDRYALA.

*Recept. villosum. Pappus pilosus, sessilis. Cal. subæqualis, rotundatus.*

984. TRAGOPOGON.

*Recept. nudum. Pappus plumosus, stipitatus. Cal. simplex.*

986. PICRIS.

*Recept. nudum. Pappus plumosus, stipitatus. Cal. calyculatus.*

991. LEONTODON.

*Recept. nudum. Pappus plumosus, stipitatus. Cal. imbricatus squamis laxis.*

985. SCORZONERA.

*Recept. nudum. Pappus plumosus, stipitatus. Cal. imbricatus, margine scarioso.*

993. CREPIS. *Recept. nudum. Pappus pilosus? Cal. calyculatus squamis difformibus.*
989. CHONDRILLA. *Recept. nudum. Pappus pilosus, stipitatus. Cal. calyculatus multiflorus.*
990. PRENANTHES. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. calyculatus sub 5-florus.*
988. LACTUCA. *Recept. nudum. Pappus pilosus, stipitatus. Cal. imbricatus, margine scariofo.*
992. HIERACIUM. *Recept. nudum. Pappus pilosus, sessilis. Cal. imbricatus, ovatus.*
987. SONCHUS. *Recept. nudum. Pappus pilosus, sessilis. Cal. imbricatus, gibbus.*
998. LAPSANA. *Recept. nudum. Pappus nullus. Cal. calyculatus.*
995. HYOSERIS. *Recept. nudum. Pappus calyculo coronatus. Cal. subæqualis.*

\* \*

## Capitati.

1009. ATRACTYLIS. *Cor. radiata.*
1008. CARLINA. *Cal. radiatus; radiis coloratis.*
1005. CNICUS. *Cal. bracteis obvallatus.*
1002. ARCTIUM. *Cal. squamis apice incurvatohamosis.*
1010. CARTHAMUS. *Cal. squamis squarrosus, foliaceis.*
1007. CYNARA. *Cal. squamis squarrosus canaliculatis, spinosis.*
1004. CARDUUS. *Cal. squamis spinosis, ventricosus. Recept. pilosum.*
1000. ONOPORDON. *Cal. squamis ventricosus, spinosis. Recept. favosum.*
1003. SERRATULA. *Cal. squamis acutiusculis, mucicis imbricatus, subcylindricus.*

\* \* \*

## Discoidei.

1013. CACALIA. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. calyculatus.*

1019. CHRYSOCOMA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus. *Cal.* imbricatus. *Pistil.* brevissima.
1015. EUPATORIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* imbricatus. *Pistil.* longissima.
1027. ATHANASIA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* paleaceus. *Cal.* imbricatus.
1012. BIDENS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* arifolius. *Cal.* imbricatus.
1018. STÆHELINA. *Recept.* paleaceum. *Pappus* plumosus, ramosus. *Antheræ* caudatæ.

## POLYGAMIA SUPERFLUA.

\* *Discoidei.*

1025. ARTEMISIA. *Recept.* subnudum. *Pappus* nullus. *Cor.* radii nulli.
1028. CARPESIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cor.* radii 5-fidæ.
1024. TANACETUM. *Recept.* nudum. *Pappus* submarginatus. *Cor.* radii 3-fidæ.
1050. COTULA. *Recept.* subnudum. *Pappus* marginatus. *Cor.* disci 4-fidæ.
1029. BACCHARIS. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus. *Cor.* fæminæ hermaphroditis mixtæ.
1030. CONYZA. *Recept.* nudum. *Pappus* pilosus. *Cor.* radii 3-fidæ.
1026. GNAPHALIUM. *Recept.* nudum. *Pappus* plumosus. *Cal.* scariosus; squamis concavis.
1027. XERANTHEMUM. *Recept.* paleaceum. *Pappus* subsetaceus. *Cal.* scariosus radio explanato.
1051. ANACYCLUS. *Recept.* paleaceum. *Pappus* nullus. *Sam.* marginata, emarginata.

\* *Radiati.*

1042. BELLIS. *Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Cal.* squamis æqualibus simplex.

1049. MATRICARIA. *Recept. nudum. Pappus nullus; Cal. squamis imbricatus acutis.*
1048. CHRYSANTHEMUM. *Recept. nudum. Pappus nullus. Cal. squamis intimis scariosis.*
1039. DORONICUM. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Pappus radii nullus.*
1038. ARNICA. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Stamina radii castrata.*
1037. INULA. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Antheræ basi bifetæ.*
- 1031 ERIGERON. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cor. radii capillares.*
1035. SOLIDAGO. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cor. radii subfeni, remoti.*
1036. CINERARIA. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. æqualis simplex.*
1033. SENECEO. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. squamis apice sphaelatis.*
1032. TUSSILAGO. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. squamis submembranceis.*
1034. ASTER. *Recept. nudum. Pappus pilosus. Cal. subsquarrosus.*
1044. TAGETES. *Recept. nudum. Pappus aristatus. Cal. 1-phyllus. Radius 5-florus.*
1041. HELENIUM. *Recept. seminudum. Pappus 5-aristatus. Cal. multiparvus. Cor. radiis 3-fidis.*
1057. SIEGESBECKIA. *Recept. paleaceum. Pappus nullus. Radius dimidiatus.*
1052. ANTHEMIS. *Recept. paleaceum. Pappus nullus. Cal. hemisphæricus.*
1053. ACHILLEA. *Recept. paleaceum. Pappus nullus. Radius 5-florus. Cal. oblongus.*
1059. BUPHTHALMEUM. *Recept. paleaceum. Pappus marginatus. Sigma hermaphroditum simplex.*
1058. VERBESINA. *Recept. paleaceum. Pappus aristatus. Fasciculi radii circiter 5.*



1046. ZINNIA.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* aristatus. *Rad.* 5-florus perfitens. *Cal.* imbricatus.

## POLYGAMIA FRUSTRANA.

1066. CENTAUREA.

*Recept.* setosum. *Pappus* pilosus. *Radius* coroll. tubulosus.

1061. RUDBECKIA.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* marginatus. *Cal.* serie duplici.

1062. COREOPSIS.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* aristatus. *Cal.* calyculatus.

1060. HELIANTHUS.

*Recept.* paleaceum. *Pappus* aristatus. *Cal.* squarrosus.

## POLYGAMIA NECESSARIA.

1079. FILAGO.

*Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Flosc. femin.* inter squamas calycis.

1080. MICROPUS.

*Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Flosc. femin.* squamas calycis vaginati.

1076. OTHONNA.

*Recept.* nudum. *Pappus* pilosus. *Cal.* monophyllus.

1073. CALENDULA.

*Recept.* nudum. *Pappus* nullus. *Sem.* membranacea.

1074. ARCTOTIS.

*Recept.* subpilosum. *Pappus* 5-phyllus. *Sem.* tomentosa.

## POLYGAMIA SEGREGATA.

1084. ECHINOPS.

*Perianthium* 1-florum. *Pappus* pubescens. *Polyg.* æqualis.

## MONOGAMIA.

1090. JASIONE.

*Cal.* communis. *Cor.* 5-petala regularis. *Caps.* infera, 2-locularis.

1091. LOBELIA.

*Cal.* 5-dentatus. *Cor.* 1-petala irregularis. *Caps.* infera, 2-locularis.

1092. VIOLA.

*Cal.* 5-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis. *Caps.* supera, 3-valvis.

1093. IMPATIENS.

*Cal.* 2-phyllus. *Cor.* 5-petala irregularis. *Caps.* supera, 3-valvis.

# SYNGENESIA

## POLYGAMIA ÆQUALIS.

- Gen. 983. 1. GEROPOGON *glabrum*. G. foliis glabris. *Jacq. hort. t. 33.*  
 Tragopogon, gramineo folio, glabrum; flore dilute incarnato. *Rai. suppl. 149.*  
*Habitat in Italia.* ☉
2. GEROPOGON *hirsutum*. G. foliis pilosis.  
 Tragopogon, gramineis foliis, hirsutis. *Bauh. pin. 275.*  
 Tragopogon, gramineo folio; suaverubente flore. *Col. eephr.*  
*1. t. 231.*  
*Habitat in Italia.* ☉

### TRAGOPOGON.

#### CAULESCENTIA.

984. 1. TRAGOPOGON *pratense*. T. calycibus corollæ radium æquantibus; foliis integris, strictis.  
 T. *pratense* luteum, majus. *Bauh. pin. 274. Tourn. 477.*  
 Tragopogon. *Dod. pempt. 256.*  
*Habitat in Europæ pratis apricis.* Maio. ♂ *Pal. lugd. delph. burg. lith. parif. jucc.*
3. TRAGOPOGON *porrifolium*. T. calycibus corollæ radio longioribus; foliis integris, strictis; pedunculis superne incrassatis. *Kniph. cent. 7. n. 93.*  
 T. purpureo-cæruleum, Porri folio, quod Artifi vulgò. *Bauh. pin. 274. Moris. hist. 3. p. 8. f. 7. t. 9. f. 5. Tourn. 477.*  
*Habitat in Helvetia.* ♂ *Delph. burg. lugd.*
4. TRAGOPOGON *crocifolium*. T. calycibus corollæ radio longioribus; foliis integris; radicalibus pedunculisque basi villosis.  
 T. purpureo-cæruleum, crocifolium. *Bauh. pin. 275. Tourn. 477.*  
 T. crocifolium montanum, flore nigro purpureo. *Col. eephr. 1. p. 230.*  
*Habitat in Italia; Montspeli.* ♂ *Delph.*

6. TRAGOPOGON

8. TRAGOPOGON *Dalechampii*. T. calycibus monophyllis corollâ brevioribus, inermibus; foliis runcinatis.

Hieracium magnum Dalechampii. *Lugd.* 569. *Tourn.* 470.

Hieracium asperum, flore magno Dentis leonis. *Bauh. pin.* 127.

Hieracium sulphureum, incisifoliis, montanum. *Barr. rar.* 1043. t. 209.

*Habitat in Hispania, Gallia Narbonensi. ℥ Monsp. delph.*

7. TRAGOPOGON *Picrioides*. T. calycibus monophyllis corollâ brevioribus, aculeatis; foliis runcinatis, denticulatis.

Sonchus asper, laciniatus, Creticus. *Bauh. pin.* 124. *prodr.* 60. *Tourn.* 475.

Hieracium majus, folio Sonchi; femine incurvo. *Bauh. pin.* 127.

Chondrillæ Creticæ nomine missa, femine crispo. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1022.

*Habitat in Creta; Monspeli. ☉ Delph.*

8. TRAGOPOGON *asperum*. T. calycibus corollâ brevioribus, hispidis; foliis integris; caulinis oblongis.

Sonchus asper, subrotundo folio, major & minor. *Bauh. pin.* 124. *prodr.* 60.

*Habitat in Gallia Narbonensi.*

1. SCORZONERA *humilis*. S. caule subnudo, unifloro; foliis lato-lanceolatis, nervosis, planis. *Jacq. austr.* t. 36. 985.

S. latifolia, humilis, nervosa. *Bauh. pin.* 275. *Tourn.* 476.

S. humilis, latifolia, Pannonica, secunda. *Clus. hist.* 2. p. 108.

*Habitat in Europæ septentrionalioris pratis apricis, Maio. ℥ Succ. pal. delph. lith. burg. lugd.*

3. SCORZONERA *Hispanica*. S. caule ramoso; foliis amplexicaulibus, integris, ferrulatis. *Blackw.* t. 406.

S. latifolia, sinuata. *Bauh. pin.* 275. *Tourn.* 476.

S. major Hispanica, prima. *Clus. hist.* 2. p. 137.

*Habitat in Hispania, Sibiria. ℥ Delph.*

4. SCORZONERA *graminifolia*. S. foliis lineari-ensiformibus; integris, carinatis. *Jacq. obs.* 4. p. 13. t. 100.

S. Lusitanica, gramineo folio; flore pallidè luteo. *Tourn.* 477.

*Habitat in Lusitania, Sibiria. Delph.*

6. SCORZONERA *angustifolia*. S. foliis subulatis, integris; pedunculo incrassato; caule basi villosa.

S. angustifolia, prima. *Bauh. pin.* 275. *Tourn.* 476.

humilis, angustifolia, Pannonica, tertia. *Clus. hist.* 2. p. 138.

Tragopogon pinifolium, Hispanicum. *Barr. ic.* 496.

## 466 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

*Habitat in Hispaniæ, Monspeli, Austriæ collibus saxosis, Monsp<sup>burg</sup>.*

7. SCORZONERA *hirsuta*. S. foliis linearibus cauleque unifloro, hirsutis.

Tragopogon hirsutum. *Bauh. pin. 274. Tourn. 477.*

Tragopogon alter, luteus. *Col. cephr. 1. p. 233.*

*Habitat in Gallo-provincia.*

8. SCORZONERA *resedifolia*. S. foliis obtusè dentatis; caule divaricato; calycum apicibus tomentosis.

Chondrilla tragopogonoides. *Bocc. sic. 13. t. 7. f. 1. A.*

Scorzonera, laciniatis foliis, supina. *Barr. ic. 800.*

*Habitat in Gallia Narbonensi.*

9. SCORZONERA *laciniata*. S. foliis linearibus, dentatis, acutis; caule erecto; calycum squamis paralo-mucronatis. *Jacq. austr. t. 356.*

S. laciniatis foliis. *Tourn. 477.*

Tragopogon laciniatum, luteum. *Bauh. pin. p. 274.*

Tragopogon, laciniatis foliis. *Col. phytob. 21.*

*Habitat in Germania, Gallia. ♂ Paris. monsp. pal. delph. burg. lugd.*

12. SCORZONERA *Picroides*. S. foliis superioribus amplexicaulibus, integerrimis; inferioribus runcinatis; pedunculis squamosis.

Sonchus, subrotundo folio nostras. *Pluk. phyt. 61. f. 5.*

Sonchus lævis, angustifolius. *Bauh. pin. 124. Tourn. 475.*

Crepis. *Dalch. lugd. 562.*

*Habitat Monspeli. ☉ Delph.*

986.

1. PICRIS *Echioïdes*. P. perianthiis exterioribus pentaphyllis, interiore aristato majoribus.

Heriacium Echioïdes, capitulis Cardui benedicti. *Bauh. pin. 128. Tourn. 470.*

Buglossum Echioïdes luteum, Hieracio cognatum. *Lob. ic. 577.*

*Habitat in Angliæ, Galliæ, Italiæ sylvis caduis, aggeribus. ☉ Burg. paris. lugd. monsp.*

2. PICRIS *Hieracioïdes*. P. perianthiis laxis; foliis integris; pedunculis squamatis in calycem.

Cichorium prætense, luteum, hirsutie asperum. *Bauh. pin. 126.*

Hieracium asperum, majore flore, in agrorum limitibus.

*J. Bauh. hist. 2. p. 1029. Tourn. 469.*

*Habitat in Germaniæ, Angliæ, Belgii, Galliæ versuris agrorum. ℥ Succ. paris. monsp. pal. delph. lugd. burg.*

987.

1. SONCHUS *maritimus*. S. pedunculo nudo; foliis lanceolatis, amplexicaulibus, indivisis, retrosum argutè dentatis.

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 467

*Sonchus angustifolius*, maritimus. *Bauh. pin.* 124. *prodr.* 61.  
*Pluk. alm.* 354. t. 62. f. 5. *Tourn.* 475.

Gen

*Habitat in Europa australi.* ¶

2. *SONCHUS palustris*. S. pedunculis calycibusque hispidis ;  
subumbellatis ; foliis runcinatis, basi sagittatis.

*S. asper* arborefcens. *Bauh. pin.* 124.

*S. lævior* ; *Austriacus*, *quintus*, *altissimus*. *Cluf. hist.* 2 ;  
p. 147.

*Habitat in Belgii, Angliæ, Germaniæ, Galliæ, Hungariæ*  
*pratris paludosis.* ¶ *Delph. lith. burg. paris. lugd.*

3. *SONCHUS arvensis*. S. pedunculis calycibusque hispidis,  
subumbellatis ; foliis runcinatis, basi cordatis. *Fl. dan.*  
t. 606.

*S. repens*, multis *Hieracium majus*. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1017.  
*Hieracium majus*, folio *Sonchi*, five *Hieracium sonchites*.  
*Bauh. pin.* 126.

*Hieracium majus*. *Lob. ic.* 237. *Fuchf. hist.* 319.

*Habitat in Europæ agris argillofis.* Junio. ¶ *Succ. pal. lith. burg.*  
*lugd. paris.*

4. *SONCHUS oleraceus*. S. pedunculis tomentosis ; calycibus  
glabris. *Fl. dan.* t. 682.

α. *Sonchus lævis*.

S. foliis amplexicaulibus, dentatis, integris, semipinnatis ;  
calycibus lævibus. *Hall. helv.* n. 21. *Blackw.* t. 130.

*S. lævis*, laciniatus, latifolius. *Bauh. pin.* 124. *Tourn.* 474.

*S. lævis*. *Dod. pempt.* 643.

β. *S. lævis minor*, paucioribus laciniis. *Bauh. pin.* 124.  
*Tourn.* 475.

*S. lævis*, latifolius & angustifolius. *Taber. æ.* 190. 189.

*S. laciniatus non spinosus*. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1016.

γ. *Sonchus asper*.

S. foliis amplexicaulibus, rigidis, integris & semipinnatis ;  
dentatis ; calycibus lævibus. *Hall. helv.* n. 22.

*S. asper*. *Blackw.* t. 30.

*S. asper*, laciniatus & non laciniatus. *Bauh. pin.* 134.

*S. lævis*, tenerior. *Lob. ic.* 235.

*S. asper*, laciniatus, latifolius & angustifolius. *Loef. pr.ß.* 157.  
t. 77. 78.

δ. *S. asper*, non laciniatus. *Tourn.* 474.

*S. aspera*. *Fuchf. hist.* 674. *Dodon.* 643.

*Habitat in Europæ cultis.* Junio. ☉ *Succ. paris. ged. pal. lugd.*  
*lith. burg.*

5. *SONCHUS tenerimus*. S. pedunculis tomentosis ; calycibus  
pilosis.

## 468 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen. Sonchus lævis in plurimas & tenuissimas lacinias divisus.

*Bauh. pin.* 124. *prodr.* 61. *Tourn.* 475.

*Chondrilla lutea. J. Bauh. hist.* 2. 1020.

*Hieracium*, foliis in tenues lacinias profundè sectis; flore luteo. *Pluk. phyt.* 93. f.

*Habitat* Montpelii, Florentiæ. ○

6. SONCHUS *Plumierii*. S. pedunculis nudis; floribus paniculatis; foliis runcinatis.

*Lactuca Alpina*, glabra, Acanthi folio; flore magno, cæruleo. *Vuill. ad.* 1721. p. 200. *Monnier obs.* 157.

*Habitat* in Pyrenæis, Monte Aureo, propè Carthusiam majorem, ¶ *Lugd.*

Simillimus Soncho Alpino.

7. SONCHUS *Alpinus*. S. pedunculis squamosis; floribus racemosis; foliis runcinatis. *Oed. dan.* t. 182.

S. cæruleus. *Cam. epit.* 284.

S. lævis, laciniatus, cæruleus five Sonchus *Alpinus*, cæruleus. *Bauh. pin.* 124.

*Lactuca montana*, latifolia, laciniata; flore cæruleo. *Tourn.* 474.

*Habitat* ad latera alpium Lapponiæ, Helvetiæ, Austriæ. ○  
*Suec. monsp. norv. fil. delph. lugd.*

988. 1. LACTUCA *quercina*. L. foliis runcinatis, denticulatis, acutis, subtribus lævibus; caule glabro.

L. foliis quernis. *Rai. hist.* 221.

*Habitat* in Germania, Gallia Narbonensi. ¶

2. LACTUCA *fativa*. L. foliis rotundatis, caulinis cordatis; caule corymbofo.

L. *fativa. Bauh. pin.* 122. 242. *Blackw.* t. 88.

L. *fativa*, folio Scariolæ. *Lcb. ic.* 241.

β. *Lactuca capitata. Bauh. pin.* 123. *Morif. hist.* 3. p. 57. f. 7. t. 2. f. 2.

γ. L. *crispa. Bauh. pin.* 123. *Dod. pempt.* 644.

*Habitat*. . . . ○

3. LACTUCA *Scariola*. L. foliis verticalibus, carinâ aculeatis.

L. *sylvestris*, costâ spinosâ. *Bauh. pin.* 123. *Tourn.* 473.

L. *sylvestris. Dod. pempt.* 646.

*Endivia major*, lactucina, spinosa. *Barr. ic.* 135.

*Habitat* in Europa australi. Julio. ○ *Pal. delph. lith. burg.*

4. LACTUCA *virosa*. L. foliis horizontalibus, carinâ aculeatis, dentatis.

L. *sylvestris*, odore viroso. *Bauh. pin.* 123. *Morif. hist.* 3. p. 58. f. 7. t. 2. f. 16. *Tourn.* 473.

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 469

*Lactuca sylvestris*, lato folio, succo viroso. *J. Bauh. hist. 2. p. 1002.*

Gen.

*Habitat in Europæ australioris aggeribus, sepibus. Monsp. carn. delph. lugd. parif.*

5. *LACTUCA saligna*. L. foliis hastato-linearibus, sessilibus, carinâ aculeatis. *Jacq. austr. t. 250.*

*L. sylvestris*, angusto laciniatogue folio. *Tourn. 474.*

*Chondrilla viscosa*, humilis. *Bauh. pin. 130. prodr. 68.*

*Habitat in Gallia; Lipsiæ. Julio. Monsp. carn. pal. delph. burg. parif. lugd.*

8. *LACTUCA perennis*. L. foliis linearibus, dentato-pinnatis, laciniis sursum dentatis.

*L. perennis*, humilior, flore cæruleo. *Tourn. 473.*

*Chondrilla cærulea*, altera; *Cichorii sylvestris* folio. *Bauh. pin. 130.*

*Chondrilla. Dod. pempt. 637.*

*Habitat in Germania, Helvetia, Gallia. Junio. ¶ Parif. monsp. ged. carn. pal. delph. burg. lugd.*

1. *CHONDRILLA juncea*. C. foliis radicalibus runcinatis; caulinis linearibus, integris. *Jacq. austr. t. 427.*

989:

*C. juncea viscosa*, arvensis. *Bauh. pin. 130. Tourn. 475.*

*C. viminea. J. Bauh. hist. 2. p. 1021.*

*Habitat in Germania, Helvetia, Gallia ad agrorum margines, inque locis glareosis. Julio. Monsp. pal. ged. delph. burg. lugd. lith.*

1. *PRENANTHES tenuifolia*. P. foliis linearibus, integerrimis.

990:

*Chondrilla*, angustissimo, longissimo integroque folio. *Juss. act. 1709.*

*Habitat in alpibus Europæ australis. Delph.*

2. *PRENANTHES viminea*. P. foliorum ramentis cauli adnatis. *Jacq. austr. t. 9.*

*Lactuca viscosa*; caule foliis obducto. *Tourn. 473.*

*Chondrilla viminea*, viscosa, Monspeliaca. *Bauh. pin. 131. prodr. 68.*

*Chondrilla viscosa*, campoclarensis, caule climidophora. *Col. ephr. 1. t. 240.*

*Habitat in Austria, Gallia, Lusitania. Delph. burg. lugd.*

3. *PRENANTHES purpurea*. P. flosculis quinis; foliis lanceolatis, denticulatis. *Jacq. austr. t. 317.*

*Chondrilla*, Sonchifolio; flore purpurascente, major. *Tourn. 475.*

*Lactuca montana*, purpuro-cærulea, major. *Bauh. pin. 123.*

470 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

*Var. Chondrilla, Sonchi folio; flore purpurascente, minor. Tourn. 475.*

*Lactuca montana, purpureo-cærulea, minor. Bauh. pin. 123.*

*Sonchus lævior, Pannonicus quartus; purpureo flore. Clus. hist. 2. p. 147.*

*Habitat in Germaniæ, Helvetiæ, Italiæ nemoribus montanis. Julio. Monsp. carn. p. l. delph. lugd.*

4. *PRENANTHES muralis. P. flosculis quinis; foliis runcinatis. Fl. dan. t. 509.*

*Chondrilla, Sonchi folio; flore luteo, pallefcente. Tourn. 475.*

*Sonchus montanus, purpureus, tetrapetalos. Col. ecphr. 1. t. 244.*

*Sonchus lævis, laciniatus, muralis; parvis floribus. Bauh. pin. 124.*

*Sonchus lævis, vulgatiior, secundus. Clus. hist. 2. p. 136.*

*Habitat in Europæ nemoribus umbrosis. Junio. Succ. parif. ged. pal. delph. lugd. lith. burg.*

6. *PRENANTHES chondrilloides. P. flosculis denis; calycibus octofidis; foliis lanceolatis; radicalibus indivisis, subdentatis. Ard. specim. 2. p. 36. t. 17.*

*Habitat in Europa australi. ℥ Lugd.*

991.

1. *LEONTODON Taraxacum. L. calyce infernè reflexo; foliis runcinatis, denticulatis, lævibus. Fl. dan. t. 574.*

*Dens leonis, latiore folio. Bauh. pin. 126. Tourn. 468.*

*Dens leonis. Dod. pempt. 636.*

♢. *Dens leonis, angustiore folio. Bauh. pin. 126. Tourn. 468.*

γ. *Dens leonis, latiore & rotundiore folio. Tourn. 410.*

δ. *Dens leonis, tenuissimo folio. Bauh. prodr. 62. pin. 126.*

*Habitat in Europæ pascuis. Aprili. ℥ Succ. lugd. burg. lith. parif. pal.*

2. *LEONTODON bulbosum. L. foliis oblongo-ovatis, subdentatis, glabris; calyce lævi; scapo supernè hirtio.*

*Dens leonis, tuberosa radice. Tourn. 468.*

*Chondrilla bulbosa. Bauh. pin. 130.*

*Chondrilla pusilla marina, lutea, bulbosa. Lob. ic. 230.*

*Habitat in Italia, Gallia Narbonensi.*

3. *LEONTODON aurum. L. foliis runcinatis; caule subuni-folio; calyce hispido. Jacq. austr. t. 297.*

*Taraxacum, calycibus hirsutis; squamis rectis. Hall. helv. ed. 2. n. 57. tab. 1.*

*Hieracium alterum minus, quartum. Col. ecphr. 2. t. 29.*

*Habitat in alpibus Helvetiæ, Baldi, Italiæ. ℥ Delph.*



SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 471

Gent

4. LEONTODON *hastile*. L. scapo calyceque lævi; foliis lanceolatis, dentatis, integerrimis, glabris. *Jacq. austr. t. 164.*  
Dens leonis glaber, angustiore & longiore folio; flore minore. *Morif. hist. 3. p. 75.*

*Habitat in Europa australi.* ☉ *Delph.*

5. LEONTODON *tuberosum*. L. foliis runcinatis, scabris; calyce acuto, hirsuto.

Taraxacoïdes, Chondrillæ folio hirsuto; Asphodeli radice. Dens leonis, Asphodeli bulbulis. *Bauh. pin. 126. Tourn. 468.*  
Chondrilla altera Dioscoridis, Monspalienfium, &c. *Lob. ic. 232.*

*Habitat in Gallo-provincia.* ☿

6. LEONTODON *autumnale*. L. caule ramoso; pedunculis squamosis; foliis lanceolatis, dentatis, integerrimis, glabris. *Fl. dan. t. 501.*

Hieracium Chondrillæ folio; radice Succisæ majus; folio glabro. *Bauh. pin. 127. Tourn. 470.*

Hieracium, foliis Coronopi. *Bauh. pin. 128.*

Hieracium minus, præmorsâ radice. *Lob. ic. 237.*

*Habitat in Europæ pratis, pascuis. Autumnno.* ☿ *Succ. carn. pal. lugd. lith. delph. burg.*

7. LEONTODON *hispidum*. L. calyce toto erecto; foliis dentatis, integerrimis, hispidis; pilis furcatis.

Hieracium montanum, angustifolium, nonnihil incanum. *Bauh. pin. 129.*

Dens leonis minor, aspero folio. *Bauh. pin. 126. prodr. 62.*

Hieracium sextum, montanum. *Clus. hist. 2. p. 141.*

Hieracium, folio Hedypnoïdis. *Ejusd. hist. 2. p. 142.*

*Habitat in Europæ borealioris pratis. Julio.* ☿ *Succ. vind. pal. lith. delph. lugd. burg.*

8. LEONTODON *hirtum*. L. calyce toto erecto; foliis dentatis, hirtis; fetis simplicissimis.

Dens leonis, foliis minimis, hirsutis & asperis. *Tourn. 468.*

Hieracium Dentis leonis folio; hirsute asperum, magis laciniatum. *Bauh. pin. 127.*

Hieracium parvum hirtum; caule aphylo; crispum ubi ficutum. *J. Bauh. hist. 2. p. 1038.*

*Habitat in Germania, Helvetia, Gallia, Hispania, &c.* ☿ *Carn. gallob. herb. delph.*

HIERACIUM.

\* SCAPO NUDO UNIFLORO.

1. HIERACIUM *incanum*. H. foliis integerrimis, subdenticulatis, lanceolatis, scabris; scapo unifloro, *Jacq. austr. t. 287.*

992,

## 472 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

- Leontodon Pyrenaicum. *Gouan illustr.* p. 55. t. 22. f. 1. 2.  
 Hieracium montanum, sexuum. *Clus. pan.* 645. 646.  
*Habitat in Austria, Helvetia, Palatinatu. Junio. Delph.*
2. **HIERACIUM pumilum.** H. foliis ovatis; petiolis dilatatis; scapis subunifloris. *Jacq. austr.* 2. t. 189.  
 H. prunellæfolium. *Gouan illustr.* p. 57. t. 22. f. 3.  
 Dens leonis Alpinus, minimus; Pilosellæ folio. *Tourn.* 469.  
*Habitat in alpinis Helvetiæ, Sabaudia. ¶ Delph. lugd.*
3. **HIERACIUM Alpinum.** H. foliis oblongis, integris, dentatis; scapo subnudo, unifloro; calyce piloso. *Fl. dan.* t. 27.  
 H. villosum, Alpinum; flore magno singulari. *Rai angl.* 3. p. 169. t. 6. f. 2.  
 Dens leonis, qui Pilosella officinarum. *Tourn.* 469.  
 Hieracium Alpinum, pumilum; folio lanuginoso. *Bauh. pin.* 129.  
 Pilosella minor. *Cam. epit.* 709. *Fuchs. hist.* 605.  
*Habitat in alpinis Lapponicis, Britannicis, Austriacis. ¶ Monsp. delph. burg.*
6. **HIERACIUM Pilosella.** H. foliis integerrimis, ovatis, subtus tomentosis; stolonibus repentibus; scapo unifloro.  
 Dens leonis, qui Pilosella officinarum. *Tourn.* 469.  
 Pilosella major, repens, hirsuta. *Bauh. pin.* 262.  
 Pilosella minor. *Cam. epit.* 709. *Fuchs. hist.* 605.  
*Habitat in Europæ pascuis aridis. Maio. ¶ Suec. parif. pal. ged. lith. burg.*

## \*\* SCAPO NUDO MULTIFLORO.

7. **HIERACIUM dubium.** H. foliis integris, ovato-oblongis; stolonibus repentibus; scapo nudo, multifloro.  
 Dens leonis, qui Pilosella folio minus villosa. *Tourn.* 469.  
 Pilosella major, repens, minus hirsuta. *Bauh. pin.* 262.  
 Pilosella major *Cam. epit.* 709.  
*Habitat in Suecia, &c. Junio. ¶ Parif. monsp. pal. lith. delph. burg. lugd.*
8. **HIERACIUM Auricula.** H. foliis integerrimis, lanceolatis; stolonibus repentibus; scapo nudo, multifloro.  
 Pilosella major, erecta, altera. *Bauh. pin.* 262.  
 Pilosella minor, folio angustiori minus piloso repens. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1040.  
*Habitat in Europæ pratis aridis, juxta agros. Junio. ¶ Suec. ged. lith. delph. burg. pal. sil. lugd.*
9. **HIERACIUM cymosum.** H. foliis lanceolatis, integris,

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 473

pilosus; scapo subnudo, basi piloso; floribus subumbellatis.

Gen.

Hieracium murorum angustifolium non sinuatum. *Bauh. pin.* 129. *prodr.* 67. t. 67.

*Habitat in* Russia, Dania, Germania, Helvetia. Junio.  $\Psi$  *Herb. pal. lith. delph.*

10. HIERACIUM præmorsum. H. foliis ovatis, subdentatis; scapo nudo, racemoso; floribus superioribus, primoribus.

H. Pilosellæ folio, erectum, majus. *Tourn.* 471.

H. pratense, latifolium non sinuatum, majus & minus. *Bauh. pin.* 129.

H. latifolium, præmorsâ radice, caule singulari; Pilosellæ majori affine. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1035.

*Habitat in* Helvetia, Germania, Uplandia. Maio. *Pal. lith. succ. delph.*

11. HIERACIUM aurantiacum. H. foliis integris; caule subnudo, simplicissimo, piloso, corymbifero. *Jacq. austr.* t. 410.

H. hortense, floribus atro-purpurascens. *Bauh. pin.* 128. *prodr.* 65. *Tourn.* 471.

Pilosella polyclonos repens, major, Syriaca; flore amplo aurantiaco. *Morif. hist.* 3. p. 78. f. 7. t. 8. f. 7.

*Habitat in* Syriæ, Helvetiæ, Austriæ sylvis.  $\Psi$  *Delph. lugd.*

\* \* \* C A U L E F O L I O S O .

18. HIERACIUM<sup>r</sup> porrifolium. H. caule ramoso, folioso; foliis lanceolato-linearibus, subintegerrimis. *Jacq. vind. austr.* t. 286.

H. folio Staiæ, caule foliato. *Tourn.* 471.

Chondrilla, folio non dissecto; caule foliato. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1041.

*Habitat in* alpibus Austriæ, Italiæ, Valesiæ.  $\Psi$  *Lith. delph. lugd.*

19. HIERACIUM murorum. H. caule ramoso; foliis radicalibus, ovatis, dentatis; caulino minori.

a. H. (pilosissimum) murorum; folio pilosissimo. *Bauh. pin.* 129. *Tourn.* 471.

Corchorus. *Dalech. hist. lugd.* 665.

ß. H. (sylvaticum) murorum laciniatum, minus pilosum. *Bauh. pin.* 129.

γ. H. macrocaulon hirsutum; folio longiore. *Rai angl.* 3: p. 169.

δ. Pulmonaria Gallica, rotundifolia. *Barrel. ic.* 342.

*Habitat in* Europæ apricis duris. Maio. *Succ. paris. pal. herb. lith. burg. lugd.*

## 474 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

20. *HIERACIUM paludosum*. H. caule paniculato; foliis amplexicaulibus, dentatis, glabris; calycibus hispidis.

H. montanum, latifolium, glabrum, minus. *Bauh. pin.* 129.  
*Morif. hist.* 3. p. 69. f. 7. t. 5. f. 47. *Tourn.* 471.

*Habitat in Europæ borealioris nemoribus paludosis. Junio. Suec. ged. pal. delph. lith. lugd.*

22. *HIERACIUM cerinthoides*. H. foliis radicalibus, obovatis, denticulatis; caulinis oblongis, semiamplexicaulibus. *Gouan illustr.* p. 58. t. 22. f. 4.

H. Pyrenæicum, foliis Cerinthes, latifolium & angustifolium. *Tourn.* 472.

*Habitat in Pyrenæis. ℥ Delph. lugd.*

23. *HIERACIUM amplexicaule*. H. foliis amplexicaulibus, cordatis, subdentatis; pedunculis unifloris, hirsutis; caule ramoso. *Kniph. cent.* 12. n. 56.

H. Pyrenæicum, longifolium, amplexicaule. *Tourn.* 472.

*Var.* Hieracium Pyrenæicum, rotundifolium, amplexicaule. *Tourn.* 472.

*Habitat in Pyrenæis. Delph. lugd.*

24. *HIERACIUM Pyrenæicum*. H. foliis amplexicaulibus, obovato-lanceolatis, retrorsum dentatis; caule simplici; calycibus laxis.

H. Pyrenæicum, Blattariæ folio minus, hirsutum. *Tourn.* 472.

H. Britannicum, quartum. *Clus. hist.* 2. p. 151.

*Habitat in Pyrenæis, Helvetia, Austria.*

25. *HIERACIUM villosum*. H. caule ramoso, folioso; foliis hirtis; radicalibus lanceolato-ovatis, dentatis; caulinis amplexicaulibus, cordatis. *Jacq. austr.* t. 87.

H. Alpinum, latifolium, villosum; magno flore. *Bauh. pin.* 128. *Tourn.* 422.

H. Alpinum, quintum, villosum. *Clus. hist.* 2. p. 141.

H. Alpinum, latiore folio, pilosum; flore majore. *Pluk. alm.* 184. t. 194. f. 2.

*Habitat in alpihus Bohemicis, Helveticis; Monspellii. ℥ Delph.*

26. *HIERACIUM glutinosum*. H. foliis lanceolatis, runcinatis, scabriusculis; floribus umbellatis.

H. Denis leonis folio; floribus parvis. *Bauh. pin.* 127. *prodr.* 63. *Tourn.* 470.

*Habitat in Gallia Narbonensi. ☉*

Habitus Crepis tectorum; folia mollia, glutinosa; summa lanceolata, integerrima; caulis striatus.

29. *HIERACIUM Sabaudum*. H. caule erecto, multifloro, foliis ovato-lanceolatis, dentatis, semi-amplexicaulibus.

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 475

Gen.

Hieracium fruticosum, latifolium, hirsutum. *Bauh. pin.* 129. *Tourn.* 472.

*Habitat in Germania, &c. Julio. ¶ Succ. gallob. pal. fil. lith. lugd. burg.*

30. HIERACIUM umbellatum. H. foliis linearibus, subdentatis, sparsis; floribus subumbellatis. *Fl. dan.* t. 680.

H. fruticosum, angustifolium majus. *Bauh. pin.* 129. *Dill. Ephem. Nat. Cur. cent.* 5 & 6. *app.* t. 13. f. 2. *Tourn.* 472.

H. Sabaudi, varietas prima. *J. Bauh. hist.* 2. p. 1030.

H. primum. *Dod. pempt.* 638.

*Habitat in Europæ pascuis siccis. Julio. ¶ Succ. parif. ged. pal. lith. lugd. burg.*

1. CREPIS Pygmaea. C. foliis ovatis, integris, villosis, petiolatis; caule procumbente. 993.

Hieracium Alpinum, incanum, saxatile; Brunellæ foliis integris. *Bocc. mus.* 2. p. 33. t. 14. *Rai suppl.* 142.

*Habitat in alpibus Italicis, Delphinalibus.*

3. CREPIS barbata. C. involucris calyce longioribus; squamis seraceis, sparsis. *Kniph. cent.* 11. n. 35.

Hieracium proliferum, falcatum. *Bauh. pin.* 128.

Hieracium, calyce barbato. *Col. ecphr.* 2. p. 28. t. 27. f. 1.

*Habitat in Mœnspeii, Vesuvii, Siciliae, Messanae arenosis maritimis.* ☉

5. CREPIS Alpina. C. involucris scariosis, longitudine calycis; floribus solitariis. *Gmel. sib.* 2. p. 16. t. 5.

Hieracium Alpinum, Scorzonerae folio. *Tourn.* 472.

*Habitat in alpibus Italiae, Gallo-provinciae.* ☉

6. CREPIS rubra. C. foliis amplexicaulibus, lyrato-runcinatis. *Kniph. cent.* 11. n. 36.

Hieracium Dentis leonis folio; flore suaverubente. *Bauh. pin.* 127. *Tourn.* 469.

Hieracium apulum, flore suaverubente. *Col. ecphr.* 1. t. 242.

*Habitat in Italia, Gallia Narbonensi.* ☉

7. CREPIS foetida. C. foliis runcinato-pinnatis, hirtis; petiolis dentatis.

Hieracium luteum, Cichorii sylvestris folio, amygdalas amaras olens. *Morif. hist.* 3. p. 63. f. 7. t. 4. f. 4.

Hieracium Orientale alissimum, folio Cichorii sylvestris, odore Castorii; flore magno. *Tourn. cor.* 35.

Senecio hirsutus. *Bauh. pin.* 131.

Chondrilla purpurascens, foetida. *Bauh. pin.* 130. *prodr.* 68. t. 68.

## 476 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

*Habitat in Germaniæ, Galliæ, Helvetiæ, Austriæ versuris.*  
 Julio. ☉ *Pal. delph. burg. lugd.*

11. *CREPIS tectorum*. C. foliis lanceolato-runcinatis, sessilibus, lævibus; inferioribus dentatis. *Oed. dan. 501.*  
*Hieracium Chondrillæ folio, glabrum (& hirsutum). Bauh. pin. 127. Tourn. 470.*

*Habitat in Europæ aridis tectis.* Julio. ☉ *Succ. parif. ged. pal. lith. lugd. burg.*

12. *CREPIS biennis*. C. foliis runcinato-pinnatifidis, scabris, basi supernè dentatis; calycibus muricatis.  
*Hieracium maximum, Chondrillæ folio, asperum. Bauh. pin. 127. prodr. 64.*

*Hieracium Erucae folio, hirsutum. J. Bauh. hist. 2. p. 1025. bene.*  
*Habitat in Scaniæ & Europæ australioris pratis.* Maio. ♂ *Succ. ged. pal. lith. delph. burg. lugd.*

13. *CREPIS virens*. C. foliis runcinatis, glabris, amplexicaulibus; calycibus subtomentosis.

*Hieracium, Dentis leonis folio, hirsutum; flore luteo, extùs purpurascens. Tourn. parif. 99.*

*Habitat in Helvetiæ, Italiæ agris. Delph. lugd.*

14. *CREPIS Dioscoridis*. C. foliis radicalibus runcinatis; caulibus hastatis; calycibus subtomentosis.

*Hieracium majus, erectum, angustifolium; caule lævi. Bauh. pin. 127.*

*Habitat in Gallia, Sibiria, Palatinatu.* ☉ *Lugd.*

15. *CREPIS pulchra*. C. foliis sagittatis, denticulatis; caule paniculato; calycibus pyramidatis, glabris.

*Chondrilla Hieracii folio, annua. Tourn. 475. 1*

*Hieracium pulchrum. J. Bauh. hist. 2. p. 1024.*

*Var. Hieracium annuum, montanum; caule canaliculato. Morif. hist. 3. p. 68. f. 7. t. 5. f. 37.*

*Hieracium montanum, alterum, leptomacraulon. Col. ceph. 1. t. 249.*

*Habitat in Gallia, Italia.* ☉ *Monsp. delph. parif.*

994.

1. *ANDRYALA integrifolia*. A. foliis inferioribus runcinatis; superioribus ovato-oblongis, tomentosis.

*Hieracium villosum, Sonchus lanatus. Dalech. Tourn. 470.*

*Sonchus villosus, luteus, major. Bauh. pin. 124.*

*Sonchus lanatus. Dalech. hist. 1116.*

*β. Andryala (sinuata), foliis runcinatis. Spec. ed. 2. p. 1137. Mill. dict. n. 3.*

*Sonchus villosus, luteus, minor. Bauh. pin. 124. prodr. 61.*

*Habitat Monspeli, inque Sicilia.* ☉ *Monsp. delph. lugd.*

3. *ANDRYALA lanata*. A. foliis oblongo-ovatis, subdentatis, lanatis; pedunculis ramosis.

*Hieracium montanum*, tomentosum. *Dill. elih.* 181. t. 150. f. 180. *Mill. ic.* 97. t. 146. f. 1.

*Habitat in Europa australi.* ☞ *Delph.*

## HYOSERIS.

## \* CAULE NUDO.

1. *HYOSERIS foetida*. H. scapis simplicissimis, unifloris; foliis pinnatifidis; seminibus nudis. 9934

*Leontodontoïdes Alpinus* glaber, *Eryfimi* folio; radice crassa, foetida. *Mich. gen.* 31. t. 28.

Dens leonis tenuissimo folio. *Bauh. pin.* 126. *prodr.* 62. *Tourn.* 468.

*Hieracium foetidum*, tertium. *Col. ecphr.* 2. t. 31.

*Habitat in alpinis Italiae, Austriae superioris.* ☞ *Monsp. delph. burg.*

2. *HYOSERIS radiata*. H. scapis unifloris, nudis; foliis glabris, runcinatis, angulis dentatis, apice laciniatis.

Dens leonis minor; foliis radiatis. *Bauh. pin.* 129. *Pluk. alm.* 130. t. 37. f. 2. *Tourn.* 468.

*Habitat in Hispania, Gallia Narbonensi, circa Tubingam.* ☞

6. *HYOSERIS minima*. H. caule diviso, nudo; pedunculis incrassatis. *Fl. dan.* t. 201.

*Hieracium minus*, Dens leonis folio oblongo, glabro. *Bauh. pin.* 127. *Tourn.* 470.

*Hieracium minus*, folio subrotundo. *Bauh. pin.* 127.

*Hieracium minimum.* *Clus. hist.* 2. p. 142.

*Habitat in Europæ arvis arvicis.* *Julio. Succ. monsp. ged. pal. delph. lith. lugd. burg.*

## \* \* CAULE FOLIOSO.

7. *HYOSERIS Hedypnois*. H. fructibus ovatis, glabris; caule ramoso.

*Hedypnois annua.* *Tourn.* 473.

*Hieracium capitulum inclinans*; semine adunco. *Bauh. pin.* 128.

*Hieracium facie Hedypnois.* *Lob. ic.* 239.

*Habitat in Europa australi.* ☉ *Delph.*

8. *HYOSERIS Rhagadioloides*. H. fructibus ovatis, pilosis; caule ramoso. *Kniph. cent.* 5. n. 44.

*Habitat in Europa australi.* ☉ *Delph.*

478 SYNGENESIA POLYGAMIA EQUALIS.

Gen. 996. 2. *SERIOLOA aethnensis*. S. hispida; foliis obovatis, subdentatis;  
Jacq. obs. 4. p. 3. t. 79.

Habitat in Italia.  $\mathcal{L}$

997. 1. *HYPOCHÆRIS pontana*. H. caule simplici, folioso, unifloro;  
foliis lanceolatis, dentatis.

Hieracium latifolium pontanum, præaltum, glabrum, Endiviæ  
folio. Bocc. mus. 2. p. 148. t. 113.

Hieracium montanum Jacq. austr. t. 190.

Habitat in Sabaudia montibus. Delph.

2. *HYPOCHÆRIS maculata*. H. caule subnudo; ramo folitario;  
foliis ovato-oblongis, integris, dentatis. Fl. dan. t. 149.

Hieracium Alpinum, latifolium, hirsutic incanum; flore  
magno. Bauh. pin. 128. Tourn. 472.

Hieracium latifolium, primum. Clus. hist. 2. p. 139.

3. Hieracium Alpinum, foliis dentatis; flore magno. Bauh.  
pin. 128. prodr. 65. Hall. helv. 1. p. 760. t. 24.

Habitat in Europæ frigidioris pratis asperis. Junio.  $\mathcal{L}$  Succ.  
parif. pal. lith. delph.

3. *HYPOCHÆRIS glabra*. H. glabra; calycibus oblongis,  
imbricatis; caule ramofo, nudo; foliis dentato-sinuatis.  
Fl. dan. t. 424.

Hieracium minus, Dentis leonis folio oblongo, glabro;  
Bauh. pin. 127. Tourn. 470.

Hyoferis angustifolia. Tab. ic. 180.

Habitat in Dania, Germania, Belgio, Helvetia. Julio.  $\odot$  Parif.  
monsp. sil. ged. pal. burg. lith.

4. *HYPOCHÆRIS radicata*. H. foliis runcinatis, obtusis, scabris;  
caule ramofo, nudo, lævi; pedunculis squamosis. Fl. dan.  
t. 150.

Hieracium Dentis leonis folio obtuso, majus. Bauh. pin. 127.  
Morif. hist. 3. p. 66. f. 7. t. 4. f. 27. Tourn. 470.

Hieracium tertium. Dod. pempt. 639.

Habitat in Europæ cultioris pascais. Junio.  $\mathcal{L}$  Succ. monsp. ged.  
pal. delph. lith. burg.

998. 1. *LAPSANA communis*. L. calycibus fructibus angulatis; pedun-  
culis tenuibus, ramosissimis. Fl. dan. t. 500.

Lampfana. Dod. pempt. 675. Tourn. 479.

Soncho affinis, Lapsana domestica. Bauh. pin. 124.

Habitat in Europæ cultis. Junio. Succ. parif. ged. pal. lugd.  
lith. burg.

2. *LAPSANA Zarintha*. L. calycibus fructibus torulosis, depressis,  
obtusis, sessilibus.



SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 479

Chondrilla verrucaria; foliis Cichorei viridibus. *Bauh. pin.*  
139.  
Cichorium verrucatum Zacantha. *Clus. hist. 2. p. 144. Tourn.*  
476.

*Habitat in Italia, Oriente.* Junio. ☉ *Monsp.*

3. LAPSANA *stellata*. L. calycibus fructus undique patentibus; radiis subulatis; foliis caulinis, lanceolatis, indivisis.

Rhagadiolus alter Cæsalpini. *Tourn. 480.*

Hieracium filiquâ falcata. *Bauh. pin. 128.*

Hieracium Narbonense, falcatum. *Lob. ic. 440.*

*Habitat Monspeli, Bononiæ.* ☉ *Delph. lugd.*

4. LAPSANA *Rhagadiolus*. L. calycibus fructus undique patentibus; radiis subulatis; foliis lyratis.

Rhagadiolus Lapsanæ foliis. *Tourn. cor. 36.*

Rhagadiolus edulis, Hieraciis affinis. *J. Bauh. hist. 2. p. 1014.*

*Habitat in Oriente, Carniolia.* *Delph.*

Varietas antecedentis, sed fortè constans.

I. CATANANCHE *cærulea*. C. squamis calycinis inferioribus, ovatis. 998

Catananche quorundam. *Lugd. 1190. Tourn. 478.*

Chondrilla cærulea, Cyani capitulo. *Bauh. pin. 430.*

Chondrillæ species tertia. *Dod. pempt. 638.*

*Habitat in Galliæ Narbonensis collibus saxosis.* ¶ *Lugd. monsp. delph.*

2. CATANANCHE *lutea*. C. squamis calycinis inferioribus, lanceolatis.

C. flore luteo; latiore folio. *Tourn. 478.*

Chondrilla cyanoïdes lutea, Coronopi folio, non diviso. *Barr. ic. 1135.*

*Habitat in Creta.* ☉ *Monsp.*

I. CICHORIUM *Intybus*. C. floribus geminis, sessilibus; foliis runcinatis. 1000;

C. sylvestre f. officinarum. *Bauh. pin. 126. Blackw. t. 183. Tourn. 479.*

C. sylvestre, Picris. *Dod. pempt. 635.*

*Habitat in Europa ad margines agrorum viarumque.* Julio. ¶ *Succ. parif. pal. lith. lugd. burg.*

2. CICHORIUM *Endivia*. C. floribus solitariis, pedunculatis; foliis integris, cronatis. *Regn. bot.*

C. latifolium f. Endivia vulgaris. *Bauh. pin. 125. Tourn. 479. Intybum sativum. Dod. pempt. 634.*

*Habitat. . . . .* ¶

## 480 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

3. *CICHORIUM spinosum*. C. caule dichotomo, spinoso; floribus axillaribus, sessilibus. *Kniph. cent.* 6. n. 29.  
 C. spinosum. *Bauh. pin.* 126. *Creticum. prodr.* 62. t. 62. *Tourn.* 479.  
 Chondrillæ genus elegans, cæruleo flore. *Clus. hist.* 2. p. 145.  
*Habitat in Cretæ, Siciliae collibus arenosis, maritimis.* ♂

1001.

1. *SCOLYMUS maculatus*. S. floribus solitariis.  
 S. Chrysanthemus annuus. *Tourn.* 480.  
 S. Theophrasti, Narbonensis. *Clus. hist.* 2. p. 153.  
*Habitat in Gallia Narbonensi, Italia.* ☉ *Delph.*  
 2. *SCOLYMUS Hispanicus*. S. floribus congestis. *Mill. dict.* n. 2. & *ic.* t. 229.  
 S. Chrysanthemus. *Bauh. pin.* 384. *Tourn.* 480.  
 S. Theophrasti, Hispanicus. *Clus. hist.* 2. p. 153.  
 Carduus Chrysanthemus. *Dod. pempt.* 725.  
*Habitat in Italia, Sicilia, Gallia Narbonensi.* ♀ *Delph.*

1002.

1. *ARCTIUM Lappa*. A. foliis cordatis, inermibus, petiolatis.  
*Fl. dan.* t. 642.  
 Lappa major f. *Arctium* Dioscoridis. *Bauh. pin.* 198. *Tourn.* 450.  
 Bardana f. Lappa major. *Dod. pempt.* 58. *Blackw.* t. 117.  
*Habitat in Europæ cultis ruderalis, Julio.* ♂ *Pal. lugd. lith. burg. succ. parif.*  
 2. *ARCTIUM Personata*. A. foliis decurrentibus, ciliato-spinosis; radicalibus pinnatis; caulinis oblongo-ovatis.  
*Cirsium latifolium*, Lappæ capitulis. *Tourn.* 448.  
 Carduus Personata. *Jacq. austr.* t. 348.  
 Carduus mollis, latifolius, Lappæ capitulis. *Bauh. pin.* 37  
*Habitat in alpibus Helvetiæ, Genevæ, Taurero, Austriae.*  
*Delph.*

1003.

1. *SERRATULA tinctoria*. S. foliis lyrato-pinnatifidis, pinnâ terminali maximâ; flosculis conformibus. *Fl. dan.* t. 281.  
 Jacea nemorensis, quæ Serratula vulgò. *Tourn.* 444.  
 Serratula. *Bauh. pin.* 235. *Dod. pempt.* 42.  
*Habitat in Europæ borealioris pratis, Julio.* ♀ *Succ. parif. pal. lith. deph. lugd. burg.*  
 3. *SERRATULA Alpina*. S. calycibus subhirsutis, ovatis; foliis indivisis.  
 Carduo-Cirsium minus, Britannicum; floribus congestis. *Pluk. alm.* 83. t. 154. f. 3.  
 β. Serratula *Cynoglossifolia*.  
 γ. Serratula *Lapathifolia*.

Cirsium

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 481

Gen.

Cirsium polyanthemum, molli hastato folio. *Morif. hist.* 3. p. 148. f. 7. t. 29. f. 1. t. 22.

Carduus mollis, Lapathi foliis. *Bauh. pin.* 377.

Cirsium Alpinum, Boni-Henrici folio. *Tourn.* 443.

Carduus mollior, secundus. *Clus. hist.* 2. p. 151.

♂. *Serratula angustifolia.*

Cirsium inerme, foliis linearibus, utrinque viridibus; calycibus hirsutis. *Gmel. sib.* 2. p. 78. t. 33.

*Habitat in alpibus Lapponiæ, Austriæ, Helveiciæ, Arvoniciæ, Sibiriciæ.* ♀ *Nov. delph. succ.*

14. *SERRATULA arvensis.* S. foliis dentatis, spinosis. *Fl. dan.* t. 644.

Cirsium arvense, Sonchi folio; radice repente; flore purpurascens. *Tourn.* 448.

Carduus vinearum repens, Sonchi folio. *Bauh. pin.* 387.

Ceanotos Theophrasti. *Col. ephr.* 1. t. 45.

Carduus in avena proveniens. *Bauh. pin.* 377.

*Habitat in Europæ cultis agris.* Julio. ♀ *Succ. parif. pal. lugd. lich. burg.*

C A R D U U S.

\* FOLIIS DECURRENTIBUS.

1. *CARDUUS leucographus.* C. foliis decurrentibus, dentatis, spinosis; pedunculis nudis, longissimis, unifloris; calycibus spinosis, inclinatis. 1004

Cirsium maculis argenteis notatum. *Tourn.* 448.

Carduus leucographus seu Mariæ hirsutus; capitulo minore. *Morif. bles.* 244.

*Habitat in Campania; Gallia Narbonensi.* ♀

2. *CARDUUS lanceolatus.* C. foliis decurrentibus, pinnatifidis, hispidis; laciniis divaricatis; calycibus ovatis, spinosis, villosis; caule piloso.

C. lanceolatus sive sylvestris Dodonæi. *J. Bauh. hist.* 3. p. 58.

C. lanceolatus, latifolius. *Bauh. pin.* 385. *Tourn.* 440.

*Habitat in Europæ cultis rudratis.* Julio. ♂ *Herb. pal. sil. lich. lugd. delph. burg. parif.*

3. *CARDUUS nutans.* C. foliis semi-decurrentibus, spinosis; floribus cernuis; squamis calycinis supernè patentibus. *Fl. dan.* 675.

C. nutans. *J. Bauh. hist.* 3. p. 56. *Tourn.* 440.

C. spinosissimus latifolius, Sphærocephalus vulgaris. *Bauh. pin.* 385.

## 482 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen. *Habitat in Europæ ad pagos. Julio. ♂ Succ. parif. pal. lugd. delph. lith. lugd.*

4. *CARDUUS acanthoides. C. foliis decurrentibus, sinuatis, margine spinosis; calycibus pedunculatis, solitariis, erectis, villosis. Jacq. austr. t. 249.*

*C. acanthoides. J. Bauh. hist. 3. p. 59. Tourn. 440.*

*Habitat in Europæ ruderatis. Julio. ☉ Succ. pal. sil. lugd. delph. burg. parif.*

5. *CARDUUS crispus. C. foliis decurrentibus, sinuatis, margine spinosis; floribus aggregatis, terminalibus; squamis calycinis inermibus, subaristatis, patulis. Fl. dan. t. 621.*

*C. caule crispo. J. Bauh. hist. 3. p. 59. Tourn. 440.*

*C. spinosissimus, angustifolius, vulgaris. Loef. pruss. 34. t. 5. Habitat in Europæ septentrionalioris agris cultis. Julio. ☉ Succ. parif. pal. lith. lugd. burg.*

6. *CARDUUS polyanthemus. C. foliis decurrentibus, sinuatis, ciliatis, subius nudis; floribus pedunculatis, congestis.*

*C. pycnocephalus palustris. Triumph. obs. 103. t. 103.*

*Habitat Romæ. ♂ Lugd.*

7. *CARDUUS palustris. C. foliis decurrentibus, dentatis, margine spinosis; floribus racemosis, erectis; pedunculis inermibus. Kniph. cent. 6. n. 21.*

*Cirsium palustre, Polycephalon vulgare. Tourn. 448.*

*Carduus palustris. Bauh. pin. 377. prodr. 156.*

*C. spinosissimus, erectus, angustifolius, palustris. Morif. hist. 3. p. 153. f. 7. t. 32. f. 13.*

*Habitat in Europæ pratis subpaludosis. Junio. ♀ Pal. herb. lith. delph. lugd. burg. parif.*

10. *CARDUUS dissectus. C. foliis decurrentibus, lanceolatis, denticulatis, inermibus; calycibus spinosis.*

*Cirsium majus, singulari capitulo magno, sive incanum varietate dissectum. Bauh. pin. 377. Tourn. 447.*

*Cirsium Anglicum. Loh. ic. 583.*

*Habitat in Anglia, Gallia. ♀ Parif. lugd.*

14. *CARDUUS defloratus. C. foliis decurrentibus, lanceolatis, serratis, subspinoso-ciliatis, nudis; pedunculis longissimis, unifloris. Jacq. austr. 89. Sub Cirsio.*

*C. inermis, foliis ciliatis; scapo nudo, paucifloro. Hall. helv. n. 164. t. 4.*

*Cirsium seu Carduus angustifolius. Bauh. pin. 377. prodr. 155.*

*Cirsium tertium, montanum. Clus. hist. 2. p. 149.*

*Cirsium, singularibus capitulis parvis. Bauh. pin. 377. Tourn. 447.*

SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS. 483

*Habitat in Helvetiæ, Austriæ, Delphinatûs, Galliæ Narbonensis subalpinis.* Gen.

15. *CARDUUS Monspeffulanus*. C. foliis decurrentibus, lanceolatis, subrepandis, glabris, inæqualiter ciliatis; pedunculis alternis; calycibus inermibus.

*Cirsium* foliis non hirsutis, floribus compactis. *Bauh. pin.* 377. *Tourn.* 447.

*Cirsion.* *Dod. pempt.* 737.

*Habitat in Gallia Narbonensi, Delphinatu.*

16. *CARDUUS tuberosus*. C. foliis petiolatis, subdecurrentibus, subpinnatifidis, spinosis; caule inermi; floribus solitariis.

C. pratensis, Asphodeli radice, latifolius (& angustifolius). *Bauh. pin.* 377. *Morif. hist.* 3. l. 7. t. 29. f. 27. 28.

*Cirsium.* *Tourn.* 348.

C. bulbosus Monspelienfium. *Lob. ic.* 10.

*Habitat Monspeii, Lipiæ; inque Bohemiæ, Austriæ, Helvetiæ inundatis.* *Julio. Pal. fil. delph. burg. lugd.*

17. *CARDUUS parviflorus*. C. foliis basi adnatis, lanceolatis, nudis, erosis, ciliato-spinulosis, inermibus.

*Cirsium* pratense, Alpinum; polycephalon, Asphodeli radice. *Tourn.* 448.

*Habitat in subalpinis australibus; in Delphinatu.*

Caulis erectus; folia utrinque viridia; flores terminales, pedunculati, albi, magnitudine *Seneculæ tinctoriæ*; calices ovati, imbricati; squamis carinâ niveâ, apice spinâ inermi.

\* \* FOLIIS SESSILIBUS.

20. *CARDUUS marianus*. C. foliis amplexicaulibus, hastatopinnatifidis, spinosis; calycibus aphyllis; spinis canaliculatis, duplicato-spinosis. *Blackw.* t. 79.

C. albis maculis notatus, vulgaris. *Bauh. pin.* 281. *Tourn.* 440.

C. leucographus. *Dod. pempt.* 722.

*Habitat in Angliæ, Galliæ, Italiæ, Germaniæ, &c. aggeribus ruderatis.* *Julio.* ☉ *Monsp. herb. fil. lugd. burg.*

22. *CARDUUS eriophorus*. C. foliis sessilibus, bitariam pinnatifidis; laciniis alternis, erectis; calycibus globosis, villosis. *Jacq. austr.* t. 171.

C. capite rotundo, tomentoso. *Bauh. pin.* 382. *Tourn.* 441.

C. eriocephalus. *Dod. pempt.* 723.

*Habitat in Anglia, Gallia, Hispania, Lusitania, &c. Augusto;*  
♂ *Monsp. pal. delph. lugd. burg. paris.*

## 484 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

25. *CARDUUS heterophyllus*. C. foliis amplexicaulibus, lanceolatis, ciliatis, integris, laciniatisque; caule subunifloro; calyce inermi. *Fl. dan. t. 109.*

*Cirsium maximum*, Asphodeli radice. *Bauh. 377. Tourn. 447.*

*Cirsium maximum*, montanum; incano folio; bulbosâ radice. *Clus. hist. 2. p. 149.*

*Habitat in Europæ frigidioris pratis depressis. ℥ Succ. delph.*

26. *CARDUUS helenioides*. C. foliis amplexicaulibus, lanceolatis, dentatis; spinulis inæqualibus, ciliatis; caule inermi. *Hall. helv. n. 180. Var. a. t. 7.*

*Cirsium Anglicum*, radice Hellebori nigri modo fibrosâ; folio longo. *J. Bauh. hist. 3. p. 45.*

*Cirsium majus*, singulari capitulo magno, vel incanum variè dissectum. *Bauh. pin. 377. Tourn. 447.*

*Cirsium Anglicum*. *Lob. ic. 583.*

*Habitat in Anglia, Helvetia. ℥*

Antecedenti simillimus, sed duplo altior, seu altitudine humana.

27. *CARDUUS ferratuloïdes*. C. foliis subamplexicaulibus, lanceolatis, integris; ferraturis spinoso-setaceis; pedunculis unifloris. *Jacq. austr. t. 127.*

*Cirsium angustifolium*, non laciniatum. *Bauh. pin. 377. Tourn. 447.*

*Cirsium Pannonicum*, primum, pratense. *Clus. hist. 2. p. 148.*

*Habitat in Sibiria, Helvetia; Monspelii. ℥ Monsp.*

30. *CARDUUS mollis*. C. foliis pinnatifidis, linearibus, subius tomentosus; caule inermi, unifloro. *Jacq. austr. t. 18.*

C. mollis, laciniato folio. *Bauh. pin. 377.*

C. mollior. *Clus. hist. 2. p. 151.*

*Habitat in alpibus Austriæ; in Germania; Monspelii. Julio.*

31. *CARDUUS acaulis*. C. acaulis, calyce glabro.

*Cirsium acaulos*, flore purpureo. *Tourn. 448.*

*Carlina montana*, minor, acaulos. *Barr. l. ic. 493. R.*

*Carlina acaulis*, minore, purpureo flore. *Bauh. pin. 380.*

*Carlina minor*. *Clus. hist. 2. p. 151.*

*Habitat in Europæ pascuis aprissis, depressis. Julio. ℥ Succ. paris. pal. lugd. delph. burg.*

1005.

1. *CNICUS oleraceus*. C. foliis pinnatifidis, carinatis, nudis; bracteis concavis, integris, subcoloratis.

*Cnicus pratensis*, Acanthi folio, flore flavescente. *Tourn. 450.*

*Carduus pratensis*, latifolius. *Bauh. pin. 376.*

*Carduus pratensis*, Tragi. *Lob. ic. 2. p. 11.*

*Habitat in Europæ septentrionalioris pratis subnemorosiss. Julio. ℥ Succ. ged. pal. delph. lith. lugd. burg.*

2. **CNICUS Eresithales.** C. foliis amplexicaulibus, pinnatifidis; aristato-ferratis; pedunculis cernuis; calycibus glutinosis. *Jacq. austr. t. 310.*  
*Cirsium acanthoides, montanum; flore flavescente. Tourn. 448.*  
*Carduus pratensis, foliis tenuibus, laciniatis. Bauh. pin. 377. Eresithales. Dalech. hist. lugd. 1094.*  
*Carduo-Cirsium, maximum, profundè laciniatum, in foliorum ambitu spinis mollibus hirtum. Pluk. phyt. 154. f. 2. (sed flore purpureo.)*  
*Habitat in Austriæ, Galliæ pratis subalpinis. ¶ Delph.*
3. **CNICUS ferox.** C. foliis decurrentibus, ligularis, dentato-spinosis; caule ramoso, erecto.  
*Carduus lanceolatus, validissimis aculeis. Tourn. 450.*  
*Carduus lanceolatus, ferocior. J. Bauh. hist. 3. p. 58.*  
*Habitat in Europæ australis montosis sterilibus. ♂ Prov. delph.*
5. **CNICUS Acarna.** C. foliis decurrentibus, lanceolatis, indivisis; calycibus pinnato-spinosis.  
*Cnicus polycephalos, canescens, aculeis flavescens munitus. Tourn. 450.*  
*Acarna major, caule folioso. Bauh. pin. 379.*  
*Chamæleon Salmatenfis. Clus. hist. 2. p. 155.*  
*Habitat in Hispaniæ arvis. Monsp. delph.*
6. **CNICUS spinosissimus.** C. foliis amplexicaulibus, sinuato-pinnatifidis, spinosis; caule simplici; floribus sessilibus, *Hall. helv. n. 172. t. 5.*  
*Carlina polycephalos alba. Bauh. pin. 380.*  
*Habitat in alpinis Helvetiæ, Austriæ, Tartariæ. Delph.*  
 Flores ochroleuci.
7. **CNICUS Centauroïdes.** C. foliis pinnatifidis; calycibus scariosis; squamis acuminatis.  
*Centaureum majus, foliis Cynaræ Cornuti. Tourn. 449. Moris. hist. 3. p. 131. f. 7. t. 25. f. 2.*  
*Habitat in Pyrenæis. ¶*
1. **ONOPORDUM Acanthium.** O. calycibus squarrosis; squamis patentibus; foliis ovato-oblongis, sinuatis. 1006.  
*Carduus tomentosus, Acanthi folio, vulgaris. Tourn. 441.*  
*Spina alba, tomentosa, latifolia, sylvestris. Bauh. pin. 382. Loef. pruss. 261. t. 82.*  
*Acanthium. Dod. pempt. 721.*  
*Habitat in Europæ ruderatis, cultis. Julio. ♂ Pal. lugd. delph. burg. paris.*
2. **ONOPORDUM Illyricum.** O. calycibus squarrosis; squamis

## 486 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen.

inferioribus uncinatis; foliis lanceolatis, pinnatifidis. *Jacq. hort. t. 148.*

*Carduus tomentosus*, *Acanthi folio angustiori. Tourn. 441.*

*Spina tomentosa*, altera spinosior. *Bauh. pin. 382.*

*Acanthium Illyricum. Lob. ic. 1.*

*Habitat in Europa australi. Delph. burg.*

3. *ONOPORDUM Arabicum. O. calycibus imbricatis. Jacq. hort. t. 149.*

*Carduus tomentosus*, *Acanthium dictus*, *Arabicus. Pluk. alm. 85. t. 154. f. 5.*

*Carduus tomentosus*, *Acanthi folio*, *altissimus*, *Lusitanicus. Barr. ic. 591. Tourn. 441.*

*Habitat in Lusitania, Gallia Narbonensi. ♂*

1007.

1. *CYNARA Scolymus. C. foliis subspinosis, pinnatis, indivisisque; calycinis squamis, ovatis. Blackw. t. 458.*

*Cinara sylvestris latifolia. Bauh. pin. 384. Tourn. 442.*

*Scolymus sylvestris, chamæleonta Monsp. Lob. ic. 6.*

β. *Cinara hortensis aculeata. Bauh. pin. 383. Tourn. 442.*

*Carduus sive Scolymus sativus, spinosus. J. Bauh. hist. 3. p. 48.*

γ. *Cinara hortensis; foliis non aculeatis. Bauh. pin. 383. Tourn. 442.*

*Cynara. Dod. pempt. 724.*

*Habitat in Gallia Narbonensis, Italiae, Siciliae agris. Junio. ♀*

2. *CYNARA Cardunculus. C. foliis spinosis; omnibus pinnatifidis; calycinis squamis ovatis.*

*Cynara spinosa, cujus pediculi esitantur. Bauh. pin. 383. Tourn. 442.*

*Scolymus aculeatus. Tabern. hist. 1075.*

*Habitat in Creta. ♀*

1008.

1. *CARLINA acaulis. C. caule unifloro, flore brevior. Blackw. t. 532.*

*Carlina acaulos, magno flore albo. Bauh. pin. 380. Tourn. 500.*

*Chamæleon albus. Clus. hist. 2. p. 155.*

*Carlina seu Leucacanthæ. Bauh. pin. 380. Tourn. 500. Dod. pempt. 727.*

*Habitat in Italiae, Germaniae montibus apricis. Julio. ♀ Monsp. lugd. lith. burg.*

*Insignis est Carlina varietas caulescens magno flore albicante. Bauh. pin. 380. Tourn. 500.*

*Carlina seu Leucacantha. Dod. pempt. 721.*

2. *CARLINA lanata. C. caule bifido; calycibus fanguineis terminalibus; primo axillari sessili.*



*Carlina* flore purpureo, rubente, patulo. *Tourn.* 500.

*Acarna*. *Bauh. pin.* 379.

*Acanthoides parva*, *Apula. Col. ceph.* 1. t. 27. f. 2.

*Acarna Atractylis folio*; amplo flore. *Barr. ic.* 483.

*Habitat in Gallia Narbonensi.* ☉

3. *CARLINA corymbosa*. *C.* caule multifloro, subdiviso; floribus sessilibus; calycibus radio flavo.

*Carlina patula*, *Atractylis folio & facie.* *Tourn.* 500.

*Acarna capitulis parvis*, luteis in umbella. *Bauh. pin.* 379.

*Acarna. Col. ceph.* 1. t. 23.

*Habitat in Italiæ versuris, à mari non remotis.* ♀ *Carn. delph.*

4. *CARLINA vulgaris*. *C.* caule multifloro, corymboso; floribus terminalibus; calycibus radio albo.

*Carlina sylvestris*, vulgaris. *Clus. hist.* 2. p. 156. *Tourn.* 500.

*Cnicus sylvestris*, spinosior. *Bauh. pin.* 378.

*Habitat in Europæ montosis, aridis, sabulosis.* Augusto. ♂ *Suec. pal. lith. lugd. burg.*

5. *CARLINA racemosa*. *C.* floribus sessilibus, lateralibus, paucissimis.

*Carlina sylvestris minor*, Hispanica. *Clus. hist.* 2. p. 157. *Tourn.* 500.

*Acarna flore luteo*, patulo. *Bauh. pin.* 379.

*Habitat in Gallia Narbonensi.* ☉

6. *CARLINA Pyrenæica*. *C.* caule multifloro; foliis decurrentibus.

*Carduus tomentosus*, Pyrenæicus, spinosissimus. *Burf. XXI.* 43.

*Habitat in Pyrenæis copiosè.*

2. *ATRACTYLIS humilis*. *A.* foliis dentato-sinuatis; flore radiato; obvallato, involucro patente; caule herbaceo.

1009

*Cnicus aculeatus*, purpureus, humilior. *Tourn.* 451.

β. *Carlina minima*, caulodes, Hispanica. *Barr. rar.* 1127. t. 592.

*Habitat Madriti in collibus; β circa Narbonam.* ♂

3. *ATRACTYLIS cancellata*. *A.* involucris cancellatis, ventricosis, linearibus, dentatis; calycibus ovatis; floribus flosculosis.

*Cnicus exiguus*, capite cancellato; semine tomentoso. *Tourn.* 451.

*Acarna*, capitulis globosis. *Bauh. pin.* 379.

*Carduus parvus*. *J. Bauh. hist.* 3. p. 93.

*Habitat in Hispaniæ agris, nunc circa Monspelium.*

## 488 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS:

Gen. 1010. 1. *CARTHAMUS tinctorius*. C. foliis ovatis, integris, serrato-aculeotis.

*Carthamus officinarum*, flore croceo. *Tourn.* 457.

*Cnicus fativus* f. *Carthamus officinarum*. *Bauh. pin.* 378.

*Cnicus vulgaris*. *Clus. hist.* 2. p. 152.

*Habitat in Ægypto.* ☉

2. *CARTHAMUS lanatus*. C. caule piloso, supernè lanato; foliis inferioribus pinnatifidis; summis amplexicaulibus, dentatis. *Blackw.* t. 458.

*Cnicus Atractylis lutea* dictus. *Tourn.* 451.

*Atractylis lutea*. *Bauh. pin.* 379.

*Atractylis*. *Dod. pempt.* 736.

*Habitat in Gallia, Italia, Creta, Helvetia, Carniolla.* Julio:

☉ *Monsp. delph. lugd. burg. paris.*

6. *CARTHAMUS mitissimus*. C. foliis inermibus, radicalibus dentatis, caulinis pinnatis.

*Cnicus cæruleus, humilis & minor.* *Tourn.* 451.

*Carduncellus montis Lupi*, minor species. *Morif. hist.* 3. p. 159.

*Habitat circa Parisios, Monspelim.* *Burg.*

7. *CARTHAMUS Carduncellus*. C. foliis caulinis, linearibus pinnatis, longitudine plantæ.

*Cnicus cæruleus, humilis, montis Lupi.* *Tourn.* 451.

*Eryngium montanum, minimum; capitulo magno.* *Bauh. pin.* 386.

*Carduncellus montis Lupi.* *Lob. ic.* 20.

*Habitat Monspelii.* *Delph.*

1012. 1. *BIDENS tripartita*. B. foliis trifidis; calycibus subfoliosis; seminibus erectis. *Blackw.* t. 519.

[ *Bidens foliis tripartito-divisis.* *Tourn.* 462.

*Cannabina aquatica, folio tripartitum diviso.* *Bauh. pin.* 321.

*Hepatorium aquatile.* *Dod. pempt.* 595.

*Habitat in Europæ inundatis.* Augusto. ☉ *Pal. delph. lith. lugd. burg. succ.*

2. *BIDENS minima*. B. foliis lanceolatis, sessilibus; floribus seminibusque erectis. *Fl. dan.* t. 312.

*Verbesina minima.* *Dill. giff.* 167. *app.* 66. *Ray angl.* 3. p. 188. t. 7. f. 2.

*Habitat in Europæ septentrionalis paludosis.* Augusto. ☉ *Pal. delph. lith. lugd.*

5. *BIDENS cernua*. B. foliis lanceolaris, amplexicaulibus; floribus cernuis; seminibus erectis. *Fl. dan.* t. 841.

B. folio non dissecto. *Tourn.* 462.

*Cannabina aquatica*, folio non diviso. *Bauh. pin.* 321.

*Eupatorium cannabinum*, *Chrysanthemum*. *Tabern. ic.* 117.

*Habitat in Europa ad fontes & fuffas*. *Julio.* ☉ *Succ. carn. pal. delph. lith. lugd. burg.*

Conferatur *Coreopis Bidens*, ejusque affinitas.

11. *CACALIA faracenicæ*. *C.* caule herbaceo; foliis lanceolatis, ferratis, decurrentibus.

10138

Virga aurea seu *Solidago faracenicæ*, latifolia, ferrata.

*J. Bauh. hist.* 2. p. 1063.

*Habitat in Gallia australi.* ☿

Simillima *Senecioni faracenicæ*.

15. *CACALIA Alpina*. *C.* foliis reniformi-cordatis, acutis, denticulatis; calycibus subtrifloris.

a. *Cacalia* foliis crassis, hirsutis. *Bauh. pin.* 197. *Morif. hist.* 3. p. 94. f. 7. t. 12. f. 1. *Tourn.* 452.

*C.* tomentosa. *Jacq. austr.* t. 235.

*C.* incano folio. *Clus. hist.* 2. p. 115.

β. *Cacalia*, foliis cutaneis, acutioribus & glabris. *Bauh. pin.* 198. *Morif. hist.* 3. p. 94. f. 7. t. 12. f. 6. *Tourn.* 452.

*C.* Alpina. *Jacq. austr.* t. 234.

*C.* glabro folio. *Clus. hist.* 2. p. 115.

*Habitat in alpinis Helvetiæ, Austriæ.* Augusto. ☿ *Delph. lugd.*

13. *EUPATORIUM cannabinum*. *E.* foliis digitatis. *Fl. dan.*

10158

t. 745.

*E. cannabinum*. *Bauh. pin.* 320. *Tourn.* 456.

Vulgare *Hepatorium*. *Dod. pempt.* 28.

*Habitat in Europa ad aquas*. *Julio.* ☿ *Succ. ged. pal. lugd. lith. burg.*

2. *STÆHELINA dubia*. *S.* foliis linearibus, denticulatis squamis calycinis, lanceolatis; pappo calycibus duplo longiore.

10188

*Ger. prov.* t. 6.

*Jacea capitata*, *Roris marini* folio. *Tourn.* 445.

*Elychrysum sylvestre*, flore oblongo. *Bauh. pin.* 265.

*Stachas citrina altera*, inodora. *Lob. ic.* 486.

*Chamæ-Chryfocome prælongis*, purpureisque *Jacææ* capitulis.

*Barr. ic.* 406.

*Habitat in Hispania, Gallia Narbonensi.* ☿

3. *STÆHELINA arborefcens*. *S.* foliis ovalibus, Schreb. dec. 1. t. 1.

*Jacea arborefcens*, *Syracis* folio. *Tourn.* 445.

Frutex rotundo argenteo folio, Cyani flore. *Bauh. pin.* 452.

## 490 SYNGENESIA POLYGAMIA ÆQUALIS.

Gen. Cyanus arborefcens altera, Styrcis folio. *Alp. exot.* 33.  
t. 32.  
*Habitat in Gallo-provincia.* ¶

1019. 8. CHRYSOCOMA *Linofyris*. C. herbacea; foliis linearibus,  
glabris; calycibus laxis.

*Conyfa Linariæ folio. Tourn.* 455.

*Linaria foliofo capitulo luteo, major & minor. Bauh. pin.* 213.

*Linofyris nuperorum. Lob. ic.* 409.

*Habitat in Europa temperiore, Augusto.* ¶ *Succ. monsp. pal.*  
*delph. burg.*

1022. 1. SANTOLINA *Chamæ-Cypariffus*. S. pedunculis unifloris;  
foliis quadrifariam dentatis. *Blackw.* t. 346.

*Santolina, foliis teretibus. Tourn.* 460.

*Abrotanum fæmina, foliis teretibus. Bauh. pin.* 136.

*Abrotanum fæmina, Lob. ic.* 768.

*Habitat in Europa australi.* ¶

2. SANTOLINA *rosmarinifolia*. S. pedunculis unifloris; foliis  
linearibus, margine tuberculatis.

*Santolina foliis Rosmarini, major. Tourn.* 461.

*Abrotanum fæmina, foliis Rosmarini, majus. Bauh. pin.* 137.

*Morif. hist.* 3. p. 12. f. 6. t. 3. f. 22.

*Abrotanum fæmina, quarta. Cluf. hist.* 1. p. 342.

β. *Abrotanum fæmina, foliis Rosmarini, minus. Bauh. pin.* 137.

*Kniph. cent.* 7. n. 80.

*Santolina, foliis Rosmarini, minor. Tourn.* 461.

*Abrotanum fæmina, quinta. Cluf. hist.* 1. p. 342.

γ. *Abrotanum fæmina viride. Bauh. pin.* 137.

*Santolina foliis minus incanis. Tourn.* 461.

*Abrotanum fæmina, secunda. Cluf. hist.* 1. p. 341.

δ. *Abrotanum fæmina, flore majore; foliis villosis & incanis.*  
*Bauh. pin.* 137.

*Santolina flore majore; foliis villosis & incanis. Tourn.* 460.

*Siriphium Diosc. Abrotanum fæminæ facie. Lob. ic.* 754.

*Habitat in Hispania.*

1023. 4. ATHANASIA *maritima*. A. pedunculis bifloris; foliis lan-  
ceolatis, crenatis, obtusis, tomentosis.

*Gnaphalium maritimum. Cluf. hist.* 1. p. 329. *Bauh. pin.* 263.

*Tourn.* 461.

*Chrysanthemum perenne, gnaphaloides, maritimum. Morif.* 3.  
p. 81. f. 6. t. 4. f. 47.

*Habitat in Europæ australis marisque Mediterranei maritimis.* ¶

## POLYGAMIA SUPERFLUA.

5. TANACETUM *annuum*. T. foliis bipinnatifidis, linearibus Gen. 1024  
 acutis; corymbis tomentosis.

Abinthium corymbiferum *annuum*. *Tourn.* 458.

Elichrysum, foliis Abrotani. *Bauh. pin.* 264. *Pluk. phyt.* 160.  
 f. 1.

Elichryson. *Clus. hist.* 1. p. 326.

*Habitat in Gallia Narbonensi.* ☉

6. TANACETUM *vulgare*. T. foliis bipinnatis, incisis, serratis.  
*Blackw.* t. 464. *Fl. dan.* t. 871.

T. *vulgare luteum*. *Bauh. pin.* 132. *Tourn.* 461.

T. Millefolii foliis. *Lob. ic.* 749.

T. foliis crispis. *Bauh. pin.* 132.

T. crispum. *Dod. pempt.* 36.

*Habitat in Europæ aggeribus.* Julio. ☿ *Succ. ged. pal. lith. lugd.*  
*burg.*

7. TANACETUM *Balsamita*. T. foliis ovatis, integris, serratis.  
*Blackw.* t. 98.

T. hortense, foliis & odore Menthæ. *Tourn.* 461.

Mentha hortensis corymbifera. *Bauh. pin.* 226.

Balsamita major. *Dodon. cor.* 299.

*Habitat in Hetruria, Narbona, Helvetia.* Julio. ☿

## ARTEMISIA.

## \* FRUTICOSÆ, ERECTÆ.

2. ARTEMISIA *Judaica*. A. fruticosa; foliis obovatis, obtusis, 1025  
 lobatis, parvis; floribus paniculatis, pedicellatis.

Abinthium Alepense tenuifolium, grati odoris; comâ deli-  
 catiore. *Pluk. alm.* 4. t. 73. f. 2.

Abinthium Santonicum, Judaicum & Alexandrinum. *Bauh.*  
*pin.* 139.

*Habitat in Judæa, Arabia, Numidia.* ☿

5. ARTEMISIA *Abrotanum*. A. fruticosa; foliis fetaceis, ramo-  
 sissimis.

Abrotanum mas, angustifolium, majus. *Bauh. pin.* 136.  
*Tourn.* 459.

Abrotanum mas. *Dod. pempt.* 21.

*Habitat in Syriæ, Galatiæ, Cappadociæ, Italiæ, Carniolia,*  
*Monspeli montibus apricis.* Julio. ☿

Gen.

## \* \* PROCUMBENTES ANTE FLORESCENTIAM.

8. *ARTEMISIA campestris*. A. foliis multifidis, linearibus; caulibus procumbentibus, virgatis.  
 Abrotanum campestre. *Bauh. pin.* 136. *Tourn.* 459.  
*Artemisia tenuifolia*. *Dod. pempt.* 33.  
*Habitat in Europæ campis apricis, aridis.* *Augusto.* ¶ *Succ. pal. lugd. lith. burg.*
11. *ARTEMISIA maritima*. A. foliis multipartitis, tomentosis; racemis cernuis; flosculis fæmineis, ternis.  
 Absinthium seriphium, Belgicum. *Bauh. pin.* 139. *J. Bauh. hist.* 3. p. 178. *Tourn.* 458.  
*Habitat in Europæ septentrionalioris littoribus maris.* ¶ *Ged. gallob. vind.*
12. *ARTEMISIA glacialis*. A. foliis palmatis, multifidis, fericeis; caulibus ascendentibus; floribus glomeratis, fastigiatis.  
 Absinthium Alpinum, candidum, humile. *Tourn.* 458. *Bauh. pin.* 139. *prodr.* 71.  
*Habitat in Helvetia, Valesia.* ¶ *Delph.*
13. *ARTEMISIA rupestris*. A. foliis pinnatis; caulibus ascendentibus, hirsutis; floribus globosis, cernuis; receptaculo papposo. *Fl. dan.* t. 80.  
 Absinthium Ponticum, repens & supinum. *C. B.* 139. *Pluk. alm.* 3. t. 73. f. 1.  
 β. Absinthium pumilum, palmatum, minus; argenteo sericeoque folio. *Bocc. mus.* 2. p. 81. t. 71. *Barr. rar.* 106. t. 462.  
 Absinthium Alpinum, incanum. *Bauh. pin.* 139. *prodr.* 71. *Tourn.* 458.  
*Habitat in Sibiria, Celandia rupibus calcareis.* *Succ. carn. delph.*

## \* \* \* ERECTÆ HERBACÆ, FOLIIS COMPOSITIS.

14. *ARTEMISIA Pontica*. A. foliis multipartitis, subtus tomentosis; floribus subrotundis, nutantibus; receptaculo nudo.  
*Jacq. austr.* t. 99.  
 Absinthium Ponticum, tenuifolium, incanum. *Bauh. pin.* 138. *Tourn.* 457.  
 A. tenuifolium. *Dod. pempt.* 24.  
*Habitat in Hungaria interiore, Pannonia, Thracia, Myfia; locis apricis, aridis.* *Augusto.* ¶

17. ARTEMISIA *Abfinthium*. A. foliis compositis, multifidis; floribus subglobosis, pendulis; receptaculo villoso.

*Abfinthium Ponticum* f. *Romanum*, officinarum f. *Dioscoridis*.

*Bauh. pin.* 138. *Tourn.* 457.

*Abinithium*. *Cam. epit.* 452. *Blackw. t.* 17. *Knorr del.* 2. t. A. 17.

A. *latifolium*. *Dod. pempt.* 23.

*Habitat in Europæ ruderatis, aridis.* Julio.  $\mathcal{P}$  *Succ. Lith. delph. lugd. burg.*

18. ARTEMISIA *vulgaris*. A. foliis pinnatifidis, planis, incis, subius tomentos; racemis simplicibus, recurvatis; florum radio quinquefloro. *Blackw. t.* 431.

A. *vulgaris major*. *Bauh. pin.* 137. *Tourn.* 460.

A. *laufolia*. *Dod. pempt.* 33.

*Habitat in Europæ cultis, ruderatis.* Augusto.  $\mathcal{P}$  *Pal. lugd. lith. burg. succ.*

\*\*\* FOLIIS SIMPLICIBUS.

20. ARTEMISIA *ærulefces*. A. foliis caulinis lanceolaris, integris; radicalibus multifidis; flosculis fæmineis ternis.

*Abfinthium angustifolium*. *Dod. pempt.* 26.

*Habitat in litoribus maris Europæ australis.*

Nimis affinis *Abfinthio maritimo*, quamvis folia diversa.

21. ARTEMISIA. *Dracunculus*. A. foliis lanceolatis, glabris, integerrimis.

*Abrotanum Lini folio aciori & odorato*. *Tourn.* 459.

*Dracunculus hortensis*. *Bauh. pin.* 98. *Blackw. t.* 116.

*Draco herba*. *Dod. pempt.* 709.

*Habitat in Sibiria, Tartaria.* Augusto.  $\mathcal{P}$

GNAPHALIUM.

\* FRUTICOSA: CHRYSOCOMA.

11. GNAPHALIUM *Stœchas*. G. fruticosum; foliis linearibus; corymbo composito; ramis virgatis. *Blackw. t.* 438. 1016.

*Elichrysum* f. *Stœchas citrina angustifolia*. *Bauh. pin.* 264. *Tourn.* 452.

*Chrylocome* f. *Stœchas citrina minor*. *Barr. ic.* 510. 409. 278.

*Stœchas citrina*. *Dod. pempt.* 268.

*Habitat in Germania, Gallia, Hispania, Oriente; in collibus aridis.*  $\mathcal{P}$  *Monsp. carn. lugd.*

Gen.

## \* \* HERBACEA : CHRYSOCOMA.

22. GNAPHALIUM *arenarium*. G. herbaceum foliis lanceo-  
latis, inferioribus obtusis; corymbo composito; caule  
simplicissimo. *Fl. dan.* t. 641.

*Elichrysum* f. *Stœchas citrina latifolia*. *Bauh. pin.* 264;  
*Tourn.* 453.

*Stœchas citrina Germanica*, latiore folio. *J. Bauh. hist.* 3,  
p. 153.

*Habitat in Europæ campis arenosis.* Julio, ☉ *Succ. ged. pal.*  
*delph. lith.*

27. GNAPHALIUM *luteo-album*. G. herbaceum; foliis semi-  
amplexicaulibus, ensiformibus, repandis, obtusis, utrinque  
pubescentibus; floribus conglomeratis. *Kniph. cent.* 1. n. 37.

*Elichrysum sylvestre latifol. capitulis conglobatis.* *Tourn.* 452.

*Chryfocome & Heliochrysos sylvestris.* *Lob. ic.* 455.

*Chryfocome citrina, supina, latifolia, Italica.* *Barrel. ic.* 367.

*Gnaphalium majus*, lato oblongo folio. *Bauh. pin.* 263.  
*Pluk. alm.* 171. t. 31. f. 16.

*Habitat in Helvetia, G. Narbonensi, Hispania, Lusitania.* Julio,  
☉ *Monsp. pal. delph. burg. lugd.*

## \* \* \* HERBACEA : ARGYROCOMA.

31. GNAPHALIUM *faridum*. G. herbaceum; foliis amplexi-  
caulibus, integerrimis, acutis, subtus tomentosis; caule  
ramoso. *Kniph. cent.* 2. n. 28.

G. *Africanum*, latifolium, foetidum; capitulo argenteo.  
*Volk. norib.* t. 194.

*Habitat in Æthiopia.* ☉

40. GNAPHALIUM *dioicum*. G. sarmentis procumbentibus;  
caule simplicissimo; corymbo simplici, terminali; floribus  
dioicis.

G. (*mas*) *montanum*, flore rotundiore. *Bauh. pin.* 263.

*Elichrysum montanum*, flore rotundiore, purpureo. *Tourn.*  
453.

*Pilosella minor.* *Dod. pempt.* 68. f. *exterior.*

*Gnaphalium (femina) montanum*, longiore & folio, &c.  
*Bauh. pin.* 263.

*Elichrysum montanum*, longiore & folio & flore purpureo.  
*Tourn.* 453.

*Pilosella minor.* *Dod. pempt.* 68. f. *interior.*

*Habitat in Europæ apricis aridis.* Aprili, ☿ *Succ. ged. pal. lugd.*  
*lith. delph. burg.*



SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA. 495

41. GNAPHALIUM *Alpinum*. G. sarmentis procumbentibus; caule simplicissimo; capitulo terminali aphylo; floribus oblongis. *Fl. dan.* t. 332.

G. *Alpinum minus*. *Bauh. pin.* 264.

Habitat in *alpihus* Lapponiæ, Helvetiæ.  $\Psi$  Succ. carn. delph.

\*\*\* FILAGINOIDEA.

44. GNAPHALIUM *sylvaticum*. G. caule herbaceo, simplicissimo; floribus sparsis. *Fl. dan.* 254.

Elichrysum *spicatum*. *Tourn.* 453.

Gnaphalium *majus*; angusto, oblongo folio, alterum. *Bauh. pin.* 263.

Gnaphalium *Anglicum* vel *Belgicum*, folio longiore. *Lob. ic.* 482.

Habitat in *Europæ sylvis arenosis*. Julio. ♂ Succ. ged. pal. lugd. delph. lith. burg.

45. GNAPHALIUM *supinum*. G. caule herbaceo, simplici, procumbente; floribus sparsis.

G. *supinum*, *Livandulæ* folio. *Bocc. mus.* 107. t. 85.

Habitat in *Alpihus* Helveticis, Italicis. *Delph.*

46. GNAPHALIUM *uliginosum*. G. caule herbaceo, ramoso, diffuso; floribus confertis, terminalibus.

Elichrysum *aquaticum*, ramosum, minus; capitulis foliatis. *Tourn.* 452.

Gnaphalium *annuum serotinum*; capitulis nigricantibus; in humidis gaudens. *Morif. hist.* 3. p. 92.

Gnaphalio *vulgari* similis. *J. Bauh. hist.* 3. p. 159.

Habitat in *Europæ paludibus*, ubi aquæ stagnant. Julio. ☉ Succ. carn. herb. pal. sil. lith. delph. burg. lugd.

XERANTHEMUM.

\* RECEPTACULO PALEACEO. PAPPO QUINQUESETO.

1. XERANTHEMUM *annuum*. X. herbaceum; foliis lanceolatis, patentibus. *Jacq. austr.* t. 388.

1027.

X. flore simplici, purpureo majore. *Tourn.* 499.

X. *Oleæ* folio; capitulis simplicibus, incanis, non foetens; flore majore violaceo. *Morif. hist.* 3. p. 43. f. 6. t. 21. f. 2.

*Jacea* *Oleæ* folio, capitulis simplicibus. *Bauh. pin.* 272.

*Parmica Austriaca*. *Dod. pempt.* 710.

℞. X. (*inapertum*), *Oleæ* folio; capitulis simplicibus, incanum, foetens; flore purpurascente minore. *Morif. hist.* 3. p. 43. f. 6. t. 12. f. 1.

496 SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

Gen. Xeranthemum, flore simplici, purpureo minore. *Tourn.* 499.  
 Jacea Oleæ folio, minore flore. *Bauh. pin.* 272.  
 Parmicæ Austriae, species. *Clus. eur. post.* 32.  
*Habitat* α. in Austria, β. in Italia, Helvetia, G. Narbonensi.  
 ☉ *Monsp. delph. burg.*

1028. 1. CARPESIMUM cernuum. C. floribus terminalibus. *Jacq. austr.*  
 t. 204. *Barrel. ic.* 1142.

Conyfoïdes, flore flavescente. *Tourn. act. par.* 1706. p. 86.  
 Aster Atticus, foliis circa florem mollibus. *Bauh. pin.* 266.  
 Aster cernuus. *Col. ephr.* 1. t. 252.  
 Chrysanthemum conyfoïdes cernuum, foliis circa florem  
 mollibus. *Moris. hist.* 3. p. 18. f. 6. t. 5. f. 27.  
*Habitat* in Italia, Helvetia, &c. ♀ *Carn. delph.*

1029. 4. BACCHARIS halimifolia. B. foliis obovatis, supernè emar-  
 ginato-crenatis. *Duham. arb.* 1. t. 35.

Elichryso affinis, Virginiana, frutescens; foliis Chenopodii  
 glaucis. *Fluk. aim.* 134. t. 27. f. 2.

*Habitat* in Virginia. ♀

1030. 1. CONYZA squarrosa. C. foliis lanceolatis, acutis; caule  
 herbaceo, corymboso; calycibus squarrosis. *Fl. dan.* t. 622.

C. major vulgaris. *Bauh. pin.* 265. *Tourn.* 454.

C. major altera. *Dud. pempt.* 51.

Baccharis Monspelienſium. *Blackw.* t. 102.

*Habitat* in Germaniæ, Belgii, Angliæ, Galliæ siccis. Augusto.

♂ *Monsp. pal. lith. lugd. delph. burg.*

3. CONYZA fordida. C. foliis linearibus, integerrimis; pedun-  
 culis longis, trifloris; caule suffruticoso.

Elichrysum sylvestre, angustifolium, capitulis conglobatis.

*Tourn.* 453.

Stoechas citrina, spuria; longioribus foliis. *Barr. ic.* 368. 277.

Ageratum aliud quorundam. *Dalech. hist. lugd.* 778.

*Habitat* in G. Narbonensi, Italia, ad rupes, muros. ♀

4. CONYZA saxatilis. C. foliis linearibus, subdentatis; pedun-  
 culis longissimis, unifloris; caule suffruticoso.

Elichrysum sylvestre, latifolium, flore magno (& parvo)  
 singulari. *Tourn.* 452.

Elichryso sylvestri, flore oblongo, similis. *Bauh. pin.* 165.  
*prodr.* 123. t. 123.

*Habitat* in Italia, Istria, Carinthia, Valleſia, Palæſtina, Cap-  
 b. Spei. ♀

1. ERIGERON

1. ERIGERON *viscosum*. E. pedunculis unifloris, lateralibus; foliis lanceolatis, denticulatis, basi reflexis; calycibus squarrosis; corollis radiatis. *Jacq. hort. t. 165.*

Virga aurea major, foliis glutinosi & graveolentibus. *Tourn. 484.*

Conyza mas Theophrasti, major Dioscoridis. *Bauh. pin. 265.*

Conyza major. *Dod. pempt. 51. Clus. hist. 2. p. 20.*

Habitat in G. Narbonensi, Hispania, Italia.  $\mathcal{P}$  *Monsp. delph. burg.*

2. ERIGERON *graveolens*. E. foliis sublinearibus, integerrimis; ramis lateralibus, multifloris.

Virga aurea minor; foliis glutinosi & graveolentibus. *Tourn. 484.*

Conyza fœmina Theophrasti, minor Dioscoridis. *Bauh. pin. 261.*

Conyza minor vera. *Lob. ic. 346. Barr. ic. 370.*

Habitat Montspeli; in Oriente.  $\odot$  *Delph. burg.*

3. ERIGERON *glutinosum*. E. foliis lanceolato-linearibus, piloso-viscidis; pedunculis unifloris.

Conyza montana; foliis glutinosi, pilosis. *Bauh. pin. 265.*

Conyza montana saxatilis, Hysopi folio villosa & glutinosa. *Barr. ic. 158.*

Conyza montana Myconis. *Dalech. hist. lugd. 1200.*

Habitat in Gallia australis montosis maritimis.  $\mathcal{P}$

4. ERIGERON *Siculum*. E. calycinis squamis inferioribus laxis florem superantibus; pedunculis foliosis.

Conyza Sicula, annua; foliis atro-virentibus; caule rubente.

*Bocc. sic. 62. t. 31. f. 4. Pluk. phyt. 168. f. 2.*

Conyza species, foliis Virgæ aureæ. *J. Bauh. hist. 2. p. 1049.*  
Habitat in paludosis Gallia Narbonensis.  $\odot$

6. ERIGERON *Canadense*. E. caule floribusque paniculatis, hirtis; foliis lanceolatis, ciliatis.

Conyza annua, acris, alba, elatior, Linariae foliis. *Morif. hist. 3. p. 115. f. 7. t. 20 f. 29. Bocc. sic. 85. t. 46.*

Virga aurea Virginiana, hirsuta; flore pallido. *Zanon. hist. 1. p. 204. t. 78. Tourn. 484.*

Habitat in Canada, Virginia, nunc in Europa australi. Julio.  $\odot$   
*Delph. lugd. lith. burg. pal.*

12. ERIGERON *acre*. E. pedunculis alternis, unifloris.

Aster arvensis cæruleus, acris. *Tourn. 481.*

Conyza cærulea, acris. *Bauh. pin. 265.*

Amellus montanus, æquicolorum. *Col. ecphr. 2. p. 25. t. 26.*

Habitat in Europæ apricis, siccis. Junio.  $\mathcal{P}$  *Succ. ged. pal. lugd. lith. burg.*

## 498 SINGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

Gen.

13. ERIGERON *Alpinum*. E. caule subbifloro ; calyce subhirsuto ; foliis obrufis, subtus villofis. *Fl. dan.* t. 292.  
 After Atticus cæruleus, major. *Tourn.* 481.  
 Conyza cærulea, Alpina, major. *Bauh. pin.* 265. *prodr.* 124.  
 Asteri montano purpureo similis f. *Globulariæ*. *J. Bauh. hist.* 2.  
 p. 107.

*Habitat in alpbis Helvetiæ, Carniolæ.* ¶ *Carn. delph.*

14. ERIGERON *uniflorum*. E. caule unifloro ; calyce piloso.  
*Fl. lapp.* 307. t. 9. f. 3.

Conyza cærulea, Alpina, minor. *Bauh. pin.* 265. *prodr.* 124.  
 After Atticus cæruleus, minor. *Tourn.* 481.

*Habitat in Alpbis Lapponiæ, Helvetiæ.* ¶ *Succ. delph.*

17. ERIGERON *tuberosum*. E. foliis linearibus ; ramis unifloris ; caule suffruticoso.

Chondrilla bulbosa, Syriaca ; foliis angustioribus. *Bauh. pin.* 130.

Chondrilla altera Dioscoridis. *Clus. hist.* 2. p. 145.

Var. Chondrilla bulbosa, Syriaca ; foliis latioribus. *Bauh. pin.* 130.

Conyza tuberosa, lutea ; foliis angustis & rigidis. *Marif. hist.* 3. p. 114. f. 7. t. 20. f. 15.

*Habitat in Gallia Narbonensi.*

4. TUSSILAGO *Alpina*. T. scapo subnudo, unifloro ; foliis cordato-orbiculatis, crenatis. *Jacq. austr.* t. 246.

Tussilago Alpina, rotundifolia, glabra. *Bauh. pin.* 197.

Tussilago Alpina, secunda. *Clus. hist.* 2. p. 113.

Var. Tussilago Alpina, rotundifolia, canescens. *Bauh. pin.* 197.

Tussilago Alpina, prima ; flore evanido. *Clus. hist.* 2. p. 113.

*Habitat in alpbis Helvetiæ, Austriæ, Bohemiæ, Sibiræ.* ¶ *Monsp. sil. delph.*

5. TUSSILAGO *Farfara*. T. scapo imbricato, unifloro ; foliis subcordatis, angulatis, denticulatis. *Fl. dan.* 595.

Tussilago vulgaris. *Bauh. pin.* 197. *Tourn.* 487.

Farfara. *Dod. pempt.* 596.

*Habitat in Europæ argillofis, subtus humidis.* Martio. ¶ *Succ. paris. ged. pal. lugd.*

7. TUSSILAGO *frigida*. T. thyrso fastigiato, floribus radiatis.  
*Oed. dan.* t. 61.

Cacalia tomentosa. *Bauh. pin.* 198. *prodr.* 102. *Schouchz. alp.* 130. t. 18. f. 1. *Tourn.* 452.

*Habitat in alpbis Lapponiæ, Helvetiæ, Sibiræ convallibus.* ¶ *Succ. delph. lugd.*

SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA. 499

8. TUSSILAGO *alba*. T. thyrso fastigiato; flosculis fœmineis, nudis, paucis. *Fl. dan.* t. 524. Gen<sub>2</sub>

Petasites minor. *Bauh. pin.* 197. *Tourn.* 451.

Petasites, flore albo. *Cam. epit.* 593.

Petasites albus, anguloso folio. *J. Bauh. hist.* 3. p. 587.

Habitat in Europa. Aprili.  $\mathcal{T}$  *Succ. ged. delph. lith. burg.*

9. TUSSILAGO *hybrida*. T. thyrso oblongo; flosculis fœmineis, nudis, plurimis.

Petasites major; floribus pedunculis longis infidentibus.

*Dill. elth.* 309. t. 230. f. 297.

Habitat in Germania, Hollandia.  $\mathcal{T}$  *Delph. lugd. lith.*

10. TUSSILAGO *Petasites*. T. thyrso ovato; flosculis fœmineis, nudis, paucis.

Petasites. *Dodon.* 597. *Blackw.* t. 222. major & vulgaris.

*Bauh. pin.* 197. *Tourn.* 451.

Habitat in Europa temperatiore. Martio.  $\mathcal{T}$  *Lith. lugd. burg. paris. succ.*

SENECIO.

\* FLORIBUS FLOSCULOSIS.

7. SENECIO *vulgaris*. S. corollis nudis; foliis pinnato-sinuatis, amplexicaulibus; floribus sparsis. *Fl. dan.* t. 513. 10331

Senecio minor vulgaris. *Bauh. pin.* 131. *Tourn.* 456.

Erigerum minus. *Dod. pempt.* 641.

Habitat in Europæ cultis ruderatis, succulentis. Martio.  $\odot$  *Succ. paris. pal. ged. lith. lugd. burg.*

\*\* FLORIBUS RADIATIS, RADIO REVOLUTO.

13. SENECIO *viscosus*. S. corollis revolutis; foliis pinnatifidis, viscidis; squamis calycinis laxis, longitudine perianthii.

Jacobæa Pannonica, prima. *Clus. hist.* 2. p. 21. *Tourn.* 486.

Senecio hirsutus, viscidus, graveolens. *Dill. elth.* 347. t. 258. f. 336.

S. incanus, pinguis. *Bauh. pin.* 131.

Habitat in Europæ pagis, urbibus. Maio.  $\odot$  *Succ. pal. sil. delph. lith. lugd. burg.*

14. SENECIO *sylvaticus*. S. corollis revolutis; foliis pinnatifidis, denticulatis; caule corymbose, erecto. *Fl. dan.* t. 869.

## 500 SYNGENESIA POLYGAMIA SUPERFLUA.

Gen.

Senecio minor, latiore folio, f. montanus. *Bauh. pin.* 131.  
*Dill. elth.* 258. t. 258. f. 337.

*Habitat in Europæ borealis sylvis caduis.* Julio. ☉ *Gen. pal. fil.*  
*delph. burg. lith. parisi. suec.*

15. *SENECIO nehydrodenfis.* S. corollis revolutis; foliis lyratis, sinuatis, obtusis, petiolatis; caule hirsuto.

Jacobæa montana, Senecionis pallido parvo flore. *Barr. ic.* 401.

*Habitat in Pyrenæis.* ☉

### \*\*\* FLORIBUS RADIATIS, RADIO PATENTE. FOLIIS PINNATIFIDIS.

